B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

A. PERSIVS FLACCVS

SATVRARVM LIBER

EDIDIT

WALTER KISSEL



BEROLINI ET NOVI EBORACI
WALTER DE GRUYTER MMVII

∞ Gedruckt auf säurefreiem Papier,
das die US-ANSB-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-11-019486-9

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in
der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten
sind im Internet über http://dnb.ddb.de abrufbar.

Printed in Germany
Satz: Andreas H. Buchwald, Leipzig
Druck und Bindung: Hubert & Co., Göttingen

PRAEFATIO

1. Ex quo tempore editio Persi a O. Jahnio iterum curata ante hos plus centum quinquaginta annos in lucem prodiit[1], inter uiros doctos 'satis constat codices quorum potissimum habenda sit ratio tres esse'[2], Montepessulanum scilicet bibl. med. 212 (A) et Vaticanum tab. basil. H. 36 (B), quorum uterque ab eodem fonte (α) profluit, et Montepessulanum bibl.med. 125 (P), qui omnino ab his codicibus abest. Vtram recensionem utri praeferant, editores inter se dissident[3], consentiunt autem de ceteris codicibus, quos uniuersos ad classem, quam dicunt mixtam, modo AB, modo P redolentem, proprio pretio carentem reuocant. Vbi et AB et P uerba ac litteras corruptas produnt[4], a libris alias aspernatis auxilium petitur, sed non, ut quid ualeant, diligenter exploretur: Si quid boni praebent, aut haec res ad librariorum coniecturas refertur aut ad illam uilissimam uocem neque deteriores omnino spernendos esse descenditur. Sed magis est, quod tali iudicio diffidas quam quod acquiescas: Fac ergo ignoscas, amice lector, quod quaestionem fere expeditam in medium repeto.

---

[1] A. Persii Flacci, D. Iunii Iuuenalis, Sulpiciae saturae rec. O. Jahn, Berolini 1851

[2] A. Persi Flacci et D. Iuni Iuuenalis Saturae edidit breuique adnotatione critica instruxit W. V. Clausen, Oxonii 1959, p. V.

[3] Postquam J. Bieger (De Auli Persii Flacci codice Pithoeano C recte aestimando, Diss. inaug. Berolini 1890) quantum P codicibus AB praestantia excelleret, tam diserte quam accurate docere uisus est, nemo nisi N. Scivoletto (Auli Persi Flacci Saturae. Testo critico e commento a cura di N. Scivoletto, Firenze 1956) codici P palmam renuit; inter ceteros S. Consoli P tanta cum adulatione prosecutus est, ut textum uel unanime traditum euerteret, dummodo Pithoeani lectiones conseruaret (A. Persii Flacci Saturarum liber. Recensuit adnotatione critica instruxit testimonia usque ad saeculum XV addidit S. Consoli. Editio maior, Romae 1904).

[4] Exemplo utere 5,102 *peronatus*, ubi α *perocintus*, P *perornatus* proferunt; cf. et infra adn.24.

2. Initium faciamus a codicibus AB recognoscendis.[5] Montepessulanus bibliothecae medicae 212 (A), qui ff. 66^{v}-79^{r} Persi uersus ostendit, exeunte nono uel ineunte decimo saeculo exaratus est; Vaticanus tabularii basilicae H. 36 (B), paucis decenniis prior, ff. 58^{r}-63^{r} textum binis uersuum columnis discriptum praebet. Vterque membranaceus, litteris minusculis Carolingicis scriptus originem a regione Francogallia trahit[6]; alter alteri tam similis est quam ouum ouo:

a. Vterque ordine omisso saturas Persi primo, prologum choliambicum secundo loco ostendit[7];

b. quartam et quintam saturam unam efficit;

c. saturas eisdem titulis interdum stolidissimis inscribit (ad sat. 3 *satirarum III loquitur ad desidi*, ad sat. 6 *ode quinta* legimus);

d. eandem subscriptionem praebet (u. infra);

e. sescentis lectionibus corruptis et insanis scatet, quas in apparatu critico collectas non sine taedio cognosces.

Sed cum codices AB eiusmodi sint, ut neutrum ex altero descriptum esse appareat[8], utrumque a librario tam indocto quam scrupuloso ex eodem exemplari uitiosissimo (α) translatum esse necessario concludas. Et hoc exemplar pro sua parte ad codicem minusculis litteris scriptum referri abundantia mendorum e litteris false lectis manantium probatur; saepissime enim mutantur

e/c: 1,18 *fr(a)etus*;
e/t: 5,191 *cureo*;

---

[5]Cf. W. Clausen, Sabinus' ms of Persius, Hermes 91, 1963, 252-256; W. Kubitschek, Die Persiushandschrift der Peterskirche in Rom, WS 8, 1886, 125-130.

[6]Codicem A propter glossam *Arreti aduerbialiter ut Autissiodori* f. 69^{r} uersui 1,130 ascriptam ad monasterium Autissiodorense referre licet; cf. S.G. Owen, On the Montpellier manuscripts of Persius and Juvenal, CR 19, 1905, 218-223.

[7]Choliambos non ab initio finem operis obtinuisse, sed antiqua Persi uita summota postea eo translatos esse e nota inter sat. 6,80 et chol. 1 apposita *Persii Flacci satyrarum explicit* (*explicit feliciter* B). *uita eiusdem* cognoscimus.

[8]In alterutro codice inueniuntur, quae lacunosius uel etiam falsius conscripta sunt quam in eius gemello: Ex A 1,35 *teneros*; 1,131 *ablato*; 2,13 *expugnas*; 2,72 *magna* om.; 3,86 *populis*; 4,11 *accipitis*; 4,19 *in hunc*; 5,11 *murmures aucus*; 5,70 *temonoe*; 5,130 *tu* om., ex B 4,42 *preplemus*; 5,121 *insultis*; 6,51 *prohiles*; 6,68 *inperisuis* licet exemplis uti.

e/o: 1,54 *laconna*; 2,7 *aperte*; 6,55 *accede*;
a/u: 5,116 *politas*; 5,127 *nugut cor*; 6,68 *angue*;
c/t: 1,131 *abbato* (B; *abl-* A); 3,39 *iuuenti*; 3,68 *mecae*; 3,93 *locupo*; 3,116 *fate*; 4,7 *talidae*; 4,22 *distincto*; 4,38 *deconsus*; 5,4 *parchi*; 5,146 *fulco*; 5,149 *quincimte*; 5,177 *citer*; 5,179 *tum*; 6,66 *cadius*;
s/f: chol.11 *artis sex*; 2,45 *sibra*;
n/u: 1,88 *moneat*; 2,42 *pingens*; 2,75 *admoneam*; 4,25 *cinus*; 6,29 *iouio*; 6,73 *uulne*; 6,80 *iuuentus*;
r/s: 2,48 *festo*; 3,12 *querimus* (item 3,14); 3,62 *perferat*; 3,67 *gignimus*; 4,5 *caler*; 5,162 *cherestratur*;
a/ti/ci: 2,60 *facile*; 5,40 *araficemque*; 5,102 *perocintus* (e *peroncitus*, quod antehac e *peronatus* deprauatum erat), *arcitor*; 5,188 *tilli*;
n/ri: 3,31 *districti*; 6,68 *inperisius*;
l/b: 1,110 *abba*; 1,131 *abbato* B (*abl-* A; ex *abaco* corruptum); 3,98 *bobatur*; 6,51 *prohiles* B;
l/r: 1,31 *satuli*; 1,34 *prorabile*; 5,135 *rubrica*;
r/t: 5,28 *puta*; 6,7 *hibetnatque*; 6,59 *tecum*;
i/s: 1,40 *ast*.

Ceterum uerbis saepissime perperam distinctis librarium utique ineruditum codicis α archetypum scriptura continua exaratum, quod haud facile legi potuit, exscripsisse probatur (cf. chol. 12 *dolosis pes*; 1,23 *perdito soae*; 1,31 *desatuli*; 1,38 *aemanibus*; 1,50 *illasatti*; 1,113 *pinguedo sanguis*; 1,114 *meitedis seuit cedo*; 1,127 *lauderegestit*; 1,130 *arretia edilis*; 2,58 *sunt osit*; 3,19 *talis tudeam*; 3,97 *sepeliit urestas*; 4,37 *gausa pepectas*; 5,5 *carminú roffas*; 5,11 *murmurer* (*-s* A) *aucus*; 5,48 *per catenax*; 5,127 *nugut cor*; 5,138 *baroregustatum*; 5,148 *uapidile sum* A (*uapidilesum* B); 5,183 *thynnitum et*; 5,185 *nigrile mures*; 5,191 *centus seligetur*; 6,36 *ceras opicent*; 6,54 *accedebo uillas*); 6,72 *uagos ingultiet*; cod. α ipsum uariis lectionibus atque glossis ditatum esse ex 2,73 *animo* A : *animimo* B (nascitur ex *ani*$\overset{mi}{mo}$ α) et 3,95 *hic*[9] A : *id* B colligas.

---

[9] Hanc lectionem iam in α extitisse ex aliis codicibus comparatis elucet: cf. infra cap. 4.

Ad textum archetypi α diiudicandum permagni momenti est subscriptio, quam librarii et A et B codicum litterarum formam capitalium nec non uerborum discriptionem retinentes summa cum fide depinxerunt (A f. 79^r ; B f. 63^r col. b):

FLAVII · IVL̄ · TRĒ · N̄N SABINI VT PROTECTOR DOMES
TICVS TEMPTAVI EMENDARE SINE ANTIGRAPHO ME
V ET ADNOTAVI BARCELLONE CS̄S DŌ N̄N AR
CHADIO ET HONORIO Q̄[10]

Haec mendis correctis atque uerbis ex toto perscriptis ita legitur:

Flauius Iulius Tryfonianus Sabinus[11] uir clarissimus protector domes-
ticus temptaui emendare sine antigrapho me-
um et adnotaui barcellone consulibus dominis nostris ar-
chadio et honorio quintum (= 402 p. C. n.)

Caue iam hominum litteratorum errorem repetas exque hanc subscriptione Sabinum in numerum editorum atque interpretum referendum esse concludas, 'qui nouum addere uigorem antiquitatis scriptoribus conati sint et sordibus, quibus per ultima saecula hominum incuria ac fatuitate inquinati erant, purgare certauerint et ad pristinum splendorem reducere.'[12] Nihil

---

[10]Ab hoc Montepessulani textu B non differt nisi in minimis: (u.1) F̄L bis positum, cum scriba maiore spatio indigens denuo coeperit, TRF̄, (u.2) TĒPTAVI EMDARE, (u.3) D̄D.

[11]Nomen altera subscriptione suppletur, quam cod. A in margine folii 66^v alia ut uidetur manu adiunctam exhibet. Ea, quamquam incuria bibliopegi a fronte praecisa et quasi mutilata est, tamen teste, qui illam notam adhuc integram uiderat, adhibito (Petri Relandi ... Fasti consulares ..., Trajecti Batauorum 1715, p.544 [ad annum 1154 a.u.c. = 402 p.C.n.]) pro certo refici potest: [Iulius T]RYFO[nianus Sa]BIN. [prot]ECTOR [dominic.] LEGI [meum d.]D. N.N. [Arcad. et] HONOR. [quinq]IES CONS. [prou]T PO[tui sin]E MA[gistro] EM̄DANS [adnota]VI ANNO [aetatis] XXX^{mo} ET MI[litiae q]VARTO [in ciui]TATE TOLOSA; cf. Jahn (Auli Persii Flacci Satirarum Liber cum scholiis antiquis ed. O.J., Lipsiae 1843), p.CLXXIV adn.1 et Clausen (A.Persii Flacci Saturarum Liber. Accedit uita, ed. W.V.C., Oxford 1956), p.VIII adn. 1.

[12]A. Persi Flacci Saturarum liber. Praecedit uita. Edidit, praefatus est, apparatu critico, interpretatione et uerborum indice instruxit D. Bo, Augustae Taurinorum 1969, p.XVII.

enim aliud ea subscriptione cognoscimus nisi iuuenem nobilem ex eis, qui circa principem militabant, saeculo quinto ineunte aliquantum temporis consumpsisse, ut suum Persi carminum uolumen ad proprium usum mendis sane apertis purgaret. Qua re reputata eius studio recensionis nomen non nisi aegre tribuas.

Sabinianam uero recensionem ad Persi saturas edendas magni momenti esse primum W.M. Lindsay disertissime in dubium uocauit.[13] Nam cum illa subscriptio neque in A neque in B a librario ipso, sed a correctore quodam aequaeuo exarata ei uisa esset[14], in utroque codice Sabini manum nisi correctionibus non ita multis cerni non posse conclusit. Sed hoc ualde errauit, quod uterque corrector, etsi alia sibi quisque proposuerat, tamen nullo loco notas suas ex alia stirpe transtulit: Corrector Vaticani (B^2) eodem usus exemplari, ex quo ipse librarius textum petiuerat, omnibus locis, quibus B ab archetypo digressus est, consensum restituit (exemplo sumas 3,74 *penu defensis*| *penude fensus* A : *tenu□fensus* B : *penu defensus* B^2 ; 3,93 *loturo*| *locupo* AB^2: *locuro* B; 3,112 *cribro* recte B : *cribo* AB^2). Correctionum autem, quas in A reperimus, antiquiores exemplar quidem α non sequuntur, tamen ad aliquem codicem eiusdem farinae pertinentes[15] (cf. 1,36 *nunc non* A : *nunc nunc* A^{2}X; 1,71 *saturum* A : *satyrum* A^{2}X; 1,76 *brisei* A : *bresei* A^2: *bresii* X; *quem* A : *quam* A^{2}X; 3,80 *lumine* A : *lumina* A^{2}X; 3,116 *ira* A : *irā* A^{2}X; 4,9 *puta* A : *puto* A^{2}XV^2 ; 5,35 *deducit* A : *diducit* A^{2}XV; 5,51 *quod* A : *quid* A^{2}XV; 5,187 *inflantes* A : *infantis* A^{2}V; 5,191 *centus seligetur* A : *c. selicetur* A^{2}V; 6,59 *et* A : *est* A^{2}V; 6,74 *tremat* A : *premat* A^2: *prema* V) nihil umquam ex alio fonte hauriunt. Licet ita non sit dubitandum, quin recensio Sabiniana in textu AB codicum conspiciatur, nihilominus de eius pretio nonnihil detrahendum esse pro certo habeo,

a. si de fide textus traditi considero: e subscriptione procul dubio apparet Sabinum non boni exemplaris auctoritate usum (*sine antigrapho*), sed imperitum (*sine magistro*, sicut altera subscriptio dicit) et proprio ingenio confisum (*temptaui emendare*; *prout potui*) correxisse; quare facere non

---

[13] W.M.Lindsay, Sabinus' edition of Persius, CR 29, 1915, 112-113.

[14] Quae obseruatio, quod Montepessulanum attinet, codice denuo excusso a Clausenio refutata est (ed.mai.[u. supra adn. 11], p. IX; cf. eundem in commentariolo adn. 5 laudato).

[15] De iis libris, dico X et V, cf. infra cap. 4.

potuit, quin leuiora quidem menda tolleret[16], alia autem, siue falsa siue difficiliora uisa sunt, temere mutando auctorem interpolationibus uitiaret (cf. chol.5 *ambiunt*; 1,31 *quis ... narret*; 2,13 *expungas*; 3,93 *tibi ... rogabis*; 4,51 *respuat*; *est*; 5,59 *fecerit*; 5,117 *in*; 6,35 *inhonora*; 6,71 *hic*).

b. His dubiis intermissis uerumtamen codices AB suspicandi sunt, quod recensionem Sabinianam non nisi pessime exhibent: Extant alii codices saeculo nono uel decimo exarati, qui illa subscriptione carentes, multis tamen lectionibus huius cognationem prodentes non solum eidem familiae addicuntur, sed etiam grauissimis eius recensionis erroribus expertes multo clarius testimonia dant[17] (cf. infra cap. 4).

c. Accedit quod hodie quoque fere quindecim libri ad saecula X, XI, XII pertinentes extant, qui, quamquam mendorum recensionis Sabinianae propriorum participes non sunt, eiusdem tamen uulgatae memoriae esse debent, quod aeque ac illa uersus 1,46.47 satis inepte inter se commutatos habent. Hic error colligationi rerum aduersarum singulari debetur: Primo enim in horum codicum archetypo librarius propter uersus 1,45.46 similiter claudentes uersum 1,46 omisit et cognito errore in margine addidit. Sed notulam huic correctioni indicandae destinatam ita neglegenter apposuit, ut qui post eum redintegrare textum diminutum studuit, uersum falso loco (ante sat. 1,48) insereret et uersuum seriem sic perturbatam relinqueret. Cum neque illos casus iterum euenisse neque uersus 1,47.46 confusionem redolentes ab alio in alium codicem transferri posse facile putaueris, omnes libri, qui hunc errorem ostendunt, ab uno eodemque fonte (Ξ) fluxisse necesse sit concludas[18] neque tamen neglegas, omnes quos diximus codices eiusmodi menda, quae recensio Sabiniana e scriptura

---

[16] Antiquos etiam Persi libros erroribus scatere fragmentum Bobiense inspicientibus satis superque manifestum sit (cf. infra cap. 8).

[17] Si pace Lindsay recensionem Sabinianam textu, non correctionibus AB codd. contineri concedas, omnes libros, qui quodam notabilium errorum consensu eidem familiae annumerantur, etiamsi Tryphoniani Sabini subscriptionem amiserunt, nihilominus in Sabinianis duci necesse erit.

[18] Interdum quidem fit, ut codices recentiores uersu 1,46 denuo per haplographiam amisso cum libro quodam Ξ familiae ita conferantur, ut librarii uersum transpositum in lucro ponunt atque falso loco codici suo libenter immiscent; qua fortuna ante saeculum tertium decimum archetypa codd. Cantabrigiensis coll. Pembrochiani 113, Florentini Riccardiani 701, Leidensis bibl. publ. lat.82, Monacensium Clm 19 477-I, 19 478, 19 489, Parisinorum latinorum 11 312, 11 323 usi sunt.

continua atque minusculis false lectis accepit, omnino non ostendere: Ideo conicere licet hanc codicum familiam iam antiquis saeculis (sane crediderim ante 402 p. C. n.) in duos ramos discessisse, quorum Persi editores alterum tantummodo – et eundem uitiosiorem – sane quam colunt, alterum paene pro nihilo habent.

Quibus rebus perpensis facere non possumus, quin auctoritatem codicum AB multum imminui ducamus, primo quod textus eorum non necessario a Persio ipso, sed a quodam lectore probo magis quam litterato originem accepit (a.), deinde quod recensio Sabiniana aliis libris melius conseruatur (b.), postremo quod ea ipsa ceteris Ξ stirpis codicibus e medio, ut ita dicam, pellitur (c.), ita ut quiuis Persi saturarum editor bene sibi consulat, ne illi infirmo testi totum se committat.

3. Res cum ita se habeat, uideamus porro, num causa sit, cur codici quidem Pithoeano prorsus confidamus. Ille codex Montepessulanus bibliothecae medicae 125, membranaceus, quem Petrus Pithoeus possedit et ad suam anni 1585 editionem Persi et Iuuenalis instruendam adhibuit, omnium codicum, qui extant, antiquissimus est. Saeculo nono ineunte exaratus[19] , ff. 2^r–13^r Persi, ff.13^v–79^v Iuuenalis saturas complectitur[20]; ante primam Persi saturam mirus sane titulus *Thebaidorum Persi satura* scriptus est idemque in summis foliis sic iteratur, ut *Thebaidorum* in unoquoque folio uerso, *Persi satura* in recto legatur.[21] Paucis decenniis post codicem exaratum quidam corrector (P^2) alio exemplari usus non solum choliambos a primo librario omissos in fronte libri (f. 1^v) adiunxit, sed etiam, cum menda sanare conaretur, munere suo tam strenue functus

---

[19] Librum olim ad monasterium sancti Nazari Laureshamense pertinuisse notae *Laurisheim* atque *codex sc̄i Nazari martiris* XPI in ultimo folio scriptae testantur; sed caue eum ideo in hoc monasterio exaratum esse conicias: 'folium enim 80^m ... est quod uocant singulare, postea demum decimo quaternioni adsutum nullaque ratione cum antiquissima parte libri ... cohaerens' (R.Beer, Spicilegium Iuuenalianum. Accessit libri Pithoeani simulacrum, Diss. Lipsiae 1885, 11 sq.).

[20] Eum contulerunt S.G. Owen (u. supra adn. 6) et editione sua absoluta denuo W.Clausen, Gnomon 47, 1975, 143.

[21] Quid sibi uelit istud portentum, nemo est, qui sciat. O.Seel notam alicuius glossatoris ad Stati Thebaidem pertinentem huc irrepsisse affirmat (Zum Persius-Titel des Codex Pithoeanus, Hermes 88, 1960, 82-98); sed dissentit N.Scivoletto, Retractatio persiana (Discussioni e proposte), in eiusdem Studi di letteratura latina imperiale, Napoli 1963, 85-105, imprimis 85-91.

est, ut hodie nonnullis locis, quid primae manui debitum sit, discernere nequeas.[22] Differt P a recensione Sabiniana non modo re, sed etiam ratione mendorum, quae saepius ad soni quam ad litterarum confusionem referenda sunt; cf.

b/u: 1,16 *aluus*; 1,49 *uelle* (bis); 1,59 *mouilis aluas*; 1,91 *plorauit*; 1,99 *torba*; 1,131 *pulbere*; 2,5 *libauit*; 2,26 *obuium ... iuuente*; 2,27 *uidental*; 2,65 *bellus*; 2,66 *uacam*; 3,8 *uilis*; 4,12 *curba*; 4,49 *uiuice*; 4,50 *uibulas*; 5,71 *sectauere*; 5,112 *salibam*; 5,168 *plorauit dabe*; 5,169 *obiurgauere*; 6,16 *curbus*; 6,55 *bobillas*;

d/t: 1,9 *at;* 1,102 *atsonat*; 2,5 *ad* (item 2,23; 2,68; 3,96); 2,32 *adque* (item 3,98; 5,94; 5,131; 6,75); 2,55 *illut* (item 4,9; 5,87); 3,60 *aliquit* (item 5,137); 5,68 *aliut*; 5,85 *inquid*; 5,90 *siquit*; 6,16 *obit*;

c/g: 1,70 *lugum*; 2,11 *arcenti*; 3,104 *grassisque*; 6,46 *causapa*.[23]

Quae cum ita sint, codex P tamen ipsis in erroribus mire cum α consentire propius inspicientem non fallit. In his talia sunt, qualia in magna Persi codicum turba usque ad saeculi duodecimi finem aut omnino aut fere nullus alius liber praebet, quod non solum simplicibus mendis (a.), sed etiam falsis uerborum distinctionibus (b.) et praeter alia prologo male tractato (c.) satis multis exemplis probari potest.[24]

[22] Lectiones a P^2 illatae ideo notaui, ut quid in textu pristino lectum non sit, cerni liceat; alias manuum correctricium non fere mentionem faciam, ne codicum familiae cognationesque obscurentur.

[23] Nihilominus errores illiusmodi et in α (1,28 *ad*; 1,123 *cradina*; 1,127 *cratorum*; 3,7 *id an*; 3,62 *bibis*; 3,98 *bobatur*; 5,59 *faci*; 5,92 *abias*; *rebello*; 5,104 *uibere*) et in fragmento Bobiensi (1,61 *biuere*; 1,64 *lebe*; 1,87 *cebes*; 1,88 *mobeat*; 1,99 *torbam*; u. infra cap.8) non semel conspiciuntur, cum menda, qui ex minusculis male confusis proueniant, etiam in P legantur: cf. 3,28 *ius co*; 6,36 *castae* (t/i), 5,92 *aulas*; 5,147 *uellentanumque*; 6,30 *deliamque*; 6,73 *inmelat* (l/i), 5,28 *torumque* (r/t); 3,56 *litora* (e/o).

[24] His ex mendis quaedam etiam in aliis codicibus cum α coniunctissimis reperiuntur (cf. infra cap.4). Interdum et eosdem locos in P atque AB pariter, sed uarie corruptos inuenimus, quod itidem ad communem eorum stirpis corruptionem referendum esse uidetur: cf. 3,97 *sepelii tu restas*] *sepeliit urestas* α : *sepellitur istas* P; 4,25 *quaesieris*] *qu(a)esierit* α : *quaesieri* P; 5,131 *scutica et*] *scutitet* α : *scytice et* P; 6,68 *ungue*] *angue* α : *surge* P; 6,71 *tuus iste*] *tuus hic* α : *tusista* P.

a. 1,111 *omnes* om.; 2,15 *scanct(a)e* BP; 2,19 *cuinam* om.; 2,55 *subit*; 3,20 *et fluis*; 3,23 *est*; 3,57 *collem*; 4,13 *est*; 4,51 *est*; 5,21 *secrete*; 5,121 *insultis* BP; 6,11 *pauonem*; 6,16 *obit*; 6,39 *piper*; 6,40 *crassa*; 6,80 *iuuentus*;

b. 1,12 *petulantis plen(a)e* BP; 1,17 *sed elegens*; 5,3 *fabulas eum* (*eu* A) *esto*; 5,138 *baroregustatum* α : *barore gustatum* P; 5,183 *thynnitum et* α : *tymnitum et* P; 6,50 *ueni si*; 6,72 *uagos ingultiet* α : *u. ingultet* P[25];

c. Choliambos recensio Sabiniana post saturam sextam translatos, P suo quidem loco, sed secunda manu suppletos continet.

Haec omnia casu facta esse non facile credas, immo P et α cognatione artissima cohaerere, Pithoeanum igitur formam suam peculiarem non origine, sed correctionibus ex codice quodam optimae notae illatis accepisse concludas. Cui rei fides additur ex eo, quod alius liber extat, qui, intima societate codici P coniunctus, tamen cognationem recensionis Sabinianae clarius aperit: dico Norimbergensem Ebnerianum latinum qu. 7, membranaceum saec.X, qui ff. 1^r-17^v Persium usque ad sat. 6,74 continens cum in genuinis tum in corruptis lectionibus ita cum P satis saepe conspirat, ut utrumque ex eodem fonte (π) manasse pro certo constet:[26] Non nisi in PN inuenias uilia sicut 1,19 *hic*] *tunc*; 1,58 *ciconea*; 1,85 *petdio*; 1,111 *nihil*; 1,129 *seque*; 2,39 *nutrici non mando*] *non nutrici mando* P : *non mando nutrici*[27] N nec non titulum, quasi noua satura *ad eosdem* incipiat, post sat. 3,51 insertum, sed etiam uera et genuina uelut 1,87 *hoc hoc bellum*[28] et 3,60 *in quod*. Aliis quidem locis N partim cum αP (1,66 *derigat*), partim cum α solum (5,4 *parchi*; 6,56 *manni*) ita consentit, ut ex archetypo π uariis lectionibus sane quam contaminato scribas codicum P' et N' alium alia, ut placuerat, delegisse summa cum probabilitate concludi liceat.[29]

---

[25] Multa huiusmodi menda, quae in Pithoeano solo inueniuntur, hic silentio praeteribo.

[26] Collationem eius codicis L.Früchtel, Der codex Norimbergensis (Ebnerianus) des Persius, Philologus 96, 1944, 108-118 publici iuris fecit.

[27] Hoc etiam in cod. Edinburgensi Adu. 18.6.12 legitur.

[28] Hanc lectionem praeter PN solum fragmentum Bobiense seruauit.

[29] Quin libri PN non ex codice π ipso, sed ex eius apographis P' et N' transcripti sint, non est dubium, cum et P ab exemplari suo titulum *Thebaidorum Persi satura* acceperit (u. supra) neque N propriis interpolationibus careat.

Quid igitur de Pithoeano iudicandum? Si codices ABPN uere ad eandem originem referuntur, eius pretium paene est euersum:

a. Vbi siue P siue π cum α congruunt, hic concentus pluris non est aestimandus illis, quae recensioni Sabinianae soli debentur, lectionibus.

b. Vbi P (π), quod meliore quodam codice adhibito emendatus est, archetypi α dissimilis inuenitur, tantundem ualet quantum suum exemplar. Cuius cum stirpem adhuc proferre atque consulere possis (u. infra cap. 6), Pithoeano ipso non utaris, nisi codices, qui illam recensionem correctricem repraesentant, pro sua parte interpolationibus in peius mutati sunt (sed u. infra capp. 7 et 9).

c. Vbi P (π) et ab α et ab eo fonte, a quo correctiones suas accepit, ita seiungitur, ut lectiones proprias referat, uelut 1,34 *uatum*] *uanum* P; 2,53 *laeuo*] *laeto* P; 2,65 *haec*] *et* P; 3,9 *dicas*] *credas* N : *oridas* P; 3,60 *dirigis*] *-as* P; 3,94 *istud*] *istuc* P ; 5,9 *insulso*] *inuiso* P; 5,26 *uoces*] *fauces* P; 5,69 *hos*] *hoc* P; 5,87 *haec reliqua*] *hoc reliqum* P; 5,129 *iecore*] *pectore* P; 5,159 *abripit*] *arrumpit* P; *et*] *at* P; 5,176 *ducit*] *tollit* P; 5,186 *tum*] *hinc* P; 6,3 *uocum*] *rerum* P; 6,9 *portum*] *praetium*(sic!) P; *cognoscite*] *cognoscere* P; 6,60 *exit*] *extat* P, singulis locis accurate reputandum est, utrum uestigia propriae Persi manus restent an synonymis substitutis genuina lectio expulsa sit.

Quae cum ita sint, in textu Persi constituendo magnam illam librorum copiam, qui praeter PAB extant[30], ita non neglegere debeas, ut, num fructum ex eis capere possis, magna cum diligentia quaeras, licet spes uerba ac litteras in melius reficiendi fere abicienda sit, 'cum Persio alterum scriptorem Latinum sincerius traditum uix reperias.'[31] Hoc potissimum studere oportet,

---

[30] Numerus codicum manuscriptorum Persi saturas complectentium, qui adhuc extant, superare uidetur sescentos et quinquaginta (P. Scarcia Piacentini, Studi sulla tradizione di Persio e la scoliastica persiana [=Studi su Persio e la scoliastica persiana 3], Roma 1973), ex quibus fere octoginta saeculis IX, X, XI, XII exarati sunt (B. Munk Olsen, L'étude des auteurs classiques latins aux XIe et XIIe siècles, tome II, Paris 1985, 183-220; tome III.2, ibid.1989, 106 sqq.).

[31] A. Persi Flacci et D. Iuni Iuuenalis saturae cum additamentis Bodleianis rec. breuique adnotatione critica instr. S.G. Owen. Editio altera, Oxonii 1908, p.V. Cuius rei causam Jahn bene explicat (ed. mai.[u. supra adn. 11] p.CXCII): 'Ipsa autem Persii obscuritas et insolentissimum genus dicendi interpolandi consilium remouere debebat, et inde potissimum factum censeo, quod eius satirae, quae tanto studio legebantur et describebantur, tamen incorruptae ad nos peruenerunt.'

4. ut codices inuenias, qui recensionis Sabinianae lectiones integras et sine librorum AB mendis ostendunt. Huc duo mutili pertinent, qui et ipsi in scriptoriis Francogalliae exarati nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana asseruantur. Vaticanus Palatinus latinus 1710 (X), membranaceus saec.IX exeuntis, continet ff. 1r-15v Persi choliambos et saturas usque ad sat. 5,171; Vaticanus Reginensis latinus 1560 (V), membranaceus saec. X, truncatus ab initio, ff. 72r-79v Persi textum a sat. 3,99 complectitur.[32] Vterque eorum aut a librario ipso aut a correctore quodam aequaeuo paucis quidem locis, sed tanto maiore efficacitate ita emendatus est, ut pristinae lectiones erasae manifesto dispici non iam possint. Ex uno codice libros XV et AB fluxisse cum multis aliis mendis (a.), tum uerbis praue distinctis (b.), quod uitium recensionis Sabinianae proprium est[33], satis superque comprobatur; nonnumquam XV originem corruptelarum perhibent, quae in AB ultra progressae esse uidentur (c.):[34]

a. 1,7 *quesiuerit*; 1,18 *fr(a)etus*; 1,22 *tunc*; 1,24 *quod*; 1,31 *quis*; 1,47 *mihi* om.; 1,93 *cludere*; *si*; 1,96 *uertice*; 2,11 *crepat*; 2,54 *praetepidum*; 2,56 *perducit*; 3,7 *id an*; 3,62 *bibis*; 3,67 *gignimus*; 3,74 *defensus*; 3,79 *solonis*; 3,94 *tu* om.; 4,3 *periclis*; 4,16 *desinas*; 4,22 *distin(c)to* αX; 4,40 *forfice*; 4,51 *respuat ... umera* αV(ut uid.); 5,47 *equalis* αV; 5,54 *talis* αV; 5,59 *fecerit*; 5,92 *rebello* αX : *te-* V; 5,104 *uibere* αV; 5,111 *transcedere* αV; 6,18 *uarro*; 6,30 *mergit*; 6,47 *ingentes* (*-que* om.); 6,59 *tecum*; 6,61 *est*; 6,62 *hunc*; *illi*; 6,68 *angue*; 6,71 *hic*;

b. 5,185 *nigrile mures* (*-e* V); 5,191 *centus selicetur* (*-g-* α); 6,36 *ceras opicent*;

c. 2,58 *sunto sitque*| *sunt osit quod* X : *sunt osit* α; 3,100 *inter uina*| *inter ruina* X : *in terra* α; 5,92 *auias*| *saias* X : *sauias* V : *se abias* α; 6,41 *haec cinere*| *haec cineri de* V : *hic meride* α; 6,55 *accedo bouillas*| *accede bouillas* V : *accedebo uillas* α.

---

[32] Nescio quo casu ad sat.5,124 uersus 26-34 saturae secundae se applicant et partem folii 76r inferiorem complent. Reginensem contulerunt M. Cerrati, Per la classificazione dei codici di Persio, RFIC 40, 1912, 113-119, quem quidem frequenter errasse dolendum est, et W.Clausen, Codex Vat. Reginensis 1560 of Persius, TAPhA 80, 1949, 238-244.

[33] Similia et in P conspici bene memento.

[34] Interdum et optimae lectiones non nisi in αXV seruantur: cf. 2,15 *poscat*; 2,52 *creterras*; 5,123 *satyrum*.

Profluunt codices XV ac α ab eodem archetypo glossis aucto (3,95 *id* recte B : *hic* AX), sed prologi transpositi etiam tum experti: X choliambos suo loco ante saturam primam scriptos perhibet, et V saturae sextae, sicut nota indictum (*persii flacci satyra explicit feliciter. incipit uita aulis persii flacci de commentario probi ualerii sublata*), uitam Persi ipsam iunxit. Quae autem ratio inter codd. X et V intercedat, discimus ex errore insigni, quo coniuncti ab α segregantur (5,130 *impunitior* recte α : *inpunior* V : *inicior* X|*puni* supra add.|, quae referuntur ad exemplaris lectionem correctam *inpŭnior* [ici supra scr.]) et archetypum commune (υ) indicant. Non ita facile de cognatione, quae est inter υ et π, cognoscas, quia απυ quidem ad eandem stirpem pertineant (cf. 1,12 *petulantis plen(a)e* BPX; 1,50 *illiasatti P* : *illias atti* N : *illia satti* X : *illasatti* α; 1,51 *siquaelegidia* P : *sique legidia* NX : *sique legedia* α; 1,111 *omnes* om. απX; 2,55 *subit* αPX; 3,20 *et fluis* αPX; 3,23 *est* αPX; 3,57 *collem* αPX; 4,51 *est* αPV(ut uid.); 5,191 *centus selicetur* V : *c. seligetur* α : *c. eligetur* P; 6,15 *horti* (□*or-* N) απV; 6,16 *obit* (*-id* N) απV; 6,39 *piper* αPV; 6,40 *crassa* αPV; 6,59 *ritu*| *ritum* P : *tecum* αV), e singulis autem ramis modo αυ (u. exempla, quae supra diximus), modo απ (u. supra cap. 3) artiore societatis uinculo inter se coniuncti sunt.[35] Sed cum tecum reputaueris π tam accurate cum codice quodam alienae notae collatum esse, ut speciem prorsus commutaret, XV autem correcti exemplaris non nisi rara indicia atque eadem non grauiora ostendere, nihilominus causa sit, cur mendis codd. απ communibus plus ponderis attribuens π archetypo α propius quam υ admoueas.[36]

5. Deinde curandum est, quo modo genuina Persi uerba, ubi Sabini interpolationibus loco depulsa esse ea suspicaris, tamen recuperari possint. At ex magno numero codicum, qui ad recensionem Ξ quidem pertinent, sed manum Sabini omnino experti non sunt, non facile eligas, quem sequaris, cum antiquiores etiam libri huius stirpis, qui ipsi saeculi decimi sunt, lectionibus aliunde admixtis speciem mirum quantum mutauerint:

---

[35] Nusquam autem in πυ menda peculiaria, codicibus AB aliena ostenduntur, nisi 1,108 *malorum* (P ante corr.) πX atque uerba *ad*/*at* nonnumquam commutata huc referre uelis.

[36] In archetypo solo codicibus α et π communi choliambi loco prologi deiecti sunt, quem errorem ne posterioris quidem scribam, quamuis corrigendi munus alias diligentissime expleret, uel sanare uel certe cognoscere licuit.

Hoc dici potest non modo de Parisino lat. 8055 atque Bernensi 542 (C et c apud Clausenium), qui artius ad Pragensem I d 31, Leidensem Vossianum lat.Q.18, Vaticanum Reginensem lat.1424 se applicent, sed etiam de Monacensi Clm 330 atque Vaticano Reginensi lat.1562 (Clausen: W et r), qui inter se propius coniuncti aliquam certe affinitatem Vindobonensis 131 (Clausen: u) ostendunt, denique de Cantabrigiensi coll. ss. Trinitatis O.4.10 atque Oxoniensi Bodleiano Auct.F.1.15 ab Owenio in editione sua Oxoniensi laudatis (cf. supra adn. 31; ibidem T et O)[37], qui aliis codicibus adhibitis ita contaminati sunt, ut, utrum textus ipse an correctiones ad archetypum Ξ referendae sint, uixdum diiudicare possis.[38]

Mihi quidem huius recensionis libros iterum atque iterum excutienti praeter alios Florentinus Laurentianus Plut.37.19 (F) adhibendus esse uidetur[39], qui, quamquam saeculo iam undecimo ineunte exaratus, non ita saepe interpolationibus affectus est, quarum pars ex ipso π uel cognato eius deuenit (consentiunt enim FP: 1,30 *pendes*; 1,107 *uerbo*; 3,16 *aut* |F post corr.|; 4,5 *tacendaue*; 5,129 *pectore* |F uar.l.|, Fα: 3,84 *in ni(c)hilo;* 3,95 *id*] *hic* AXF; 5,108 *notasse*; 5,174 *ne nunc*; 6,74 *prema(t)* A^2VF, FPX: 5,11 *raucos,* FαNX: 3,93 *tibi ... rogabis*), aliae autem, quod in plurimis Persi libris considerare licet, uerba ac syllabas desideratas complent (cf. 1,87 *hoc hoc bellum* π : *hoc bellum* αX : *hoc bellum est* F; 1,111 *omnes omnes*| *omnes* απX : *omnes etenim* F; 4,26 *errat* Pυ : *erat* α : *oberrat* V^2F; 6,66 *pone* αPV : *repone* F). Ille Laurentianus, membranaceus, in Francogallia ut uidetur scriptus, Persium ff. 2^r–18^r continet; genuinas archetypi Ξ lectiones iis quoque locis habere uidetur, ubi et Parisini latini 8048 atque 8070 et Florentinus Laurentianus Plut. 68.24 (e, p, f apud

[37] Eorum collationem G.R. Scott, Persius mss., CR 4, 1890, 241-247 in lucem edidit.

[38] Ceterum ex libris, quos modo diximus, solum Pragensis atque Vindobonensis illum errorem archetypi Ξ proprium (dico uersus 1,47.46 inter se mutatos) perhibent: Bernensis enim initium capit non ante sat.2,46, Vaticanus Reg. lat. 1562 continet u.47 in infima pagina a librario additum, reliqui uersuum ordinem conseruant.

[39] Cuius codicis plenam notitiam dedit F.Ramorino, De duobus Persii codicibus qui inter ceteros Laurentianae Bibliothecae seruantur, SIFC 12, 1904, 229-260.

Clausenium), quos ei consanguinitate, ut ita dicam, proximos esse tibi persuadeas, correctionibus sic mutati sunt, ut faciem quasi infucatam ostendant.

6. Ceteris Persi codicibus perspectis duas alias librorum familias constituere licet, quae ordine uersuum 1,46 sq. seruato et inter se et cum Pithoeano, quoad a recensione Sabiniana discedit, plurimum conspirant. Earum prior e duobus codicibus dignis, qui respiciantur, constat:[40] Leidensis bibliothecae publicae latinus 78 (L), membranaceus, saeculo decimo exeunte uel undecimo ineunte in scriptorio, quod coniectare possis, Germanico exaratus, ff. 2ʳ–26ᵛ Persium ita continet, ut unaquaeque pagina ab interiore parte textum, ab exteriore commentum quod dicitur Cornuti (u. infra cap. 9) praebeat[41]; ad eum propius se applicat Bernensis 257 (G), qui aliquot decenniis ante conscriptus[42] ff.1ᵛ–14ᵛ continet Persium et frequentes, qui Cornutum redoleant, glossas[43], nisi quod desunt duo folia, in quo uersus sat. 1,96–2,48 scripti erant. Vtrumque codicem nitide scriptum et ridiculis recensionis Sabinianae uitiis ex toto uacantem ex eadem radice (γ) ortum esse ex multis exemplis cernitur: praeter alia in γ inuenias 1,87 *laudatus*; 1,93 *at(t)in*; 1,94 *delphi*; 2,13 *nam hic est*[44]; 2,62 *hos ... nostris*; 3,108 *attende*; 4,3 *dic o*; 4,21 *pannutia*; 4,26 *oberret*; 5,108 *hic*; 5,116 *retinens*; 5,133 *inquis*; 5,147 *ueietanumque*; 5,158 *rumpi*; 5,172 *arcessat*; 5,174 *ne tunc*; 6,8 *recepit*; 6,56 *est* om.; 6,76 *ne*; 6,77 *clausisse* nec non Iuuenalis uersum *doctus et ad* (om. G) *calicem uigilanti stertere naso* (Iuu. sat. 1,57) post sat. 6,16 intrusum. Hoc uno modice dissentiunt, quod G siue in textu siue in uariis lectionibus

---

[40] Tertium praeter eos locum obtinet Antuerpiensis mus. Plantini Moretique M.82 (saec.XI); is autem lectionibus aliunde petitis ita scatet, ut fructui esse nobis non iam possit.

[41] Cf. A.Kisselius, Specimen criticum continens Auli Persii Flacci codicum mss. Leidensium collationem una cum animaduersionibus in eius satiram primam, Diss. Rheno-Traiecti, Zalt-Boemeliae 1848.

[42] Eum uel saeculo nono exeunte e Francogallia initium duxisse non sine causa censeas.

[43] Hae inde a folio 4ʳ deficiunt.

[44] Vbi G deest, nihilominus Antuerpiensi adhibito archetypum γ restituere licet.

secunda manu additis haud ita raro uestigia codicis alicuius αυ similis ad emendandum adhibiti ostendit.[45]

7. Quibus codicibus propius accedit turba quaedam librorum, qui partim easdem lectiones atque γ referunt, partim speciem peculiarem praebent (cf. chol. 14 *per pegaseum*; 4,49 *cautus multa*; 5,17 *dices*; 5,92 *cum*; 5,96 *gannit*; 5,118 *repono*; 5,127 *increpui*; 5,163 *abrodens*), ita ut singillatim qui in apparatu nominentur, digni non sint. Inter quos referas Monacensem Clm 14 498, Parisinos latinos 8049 et 8272[46], Vindobonensem 85[47] a Clausenio siglis N, k, h, s adhibitis in usum uocatos, praeterea Florentinum Laurentianum Plut.38.27, Leidensem bibliothecae publicae latinum 82[48], Monacensem Clm 14 781, Guelferbytanum 79 Gudianum latinum (Clausen: H[49]). Quoad archetypum eorum commune (φ) repetere

---

[45] Textus ita uariati haec exempla sunt: chol. 3 *prodierim* L : *prodirem* αX : *prodirem* uar.l. *prodierim* G; chol.14 *melos* LX : *nectar* α : *melos* uar.l. *nectar* G; 1,90 *portas* L : *portes* αX : *portas* corr. *-es* G; 3,45 *morituro ... catoni(-i ... -s* add.) L : *morituri ... catonis* αXG; 4,29 *ueterem* L : *ueteris* αυG; 4,33 *figas* L : *frigas* αV : *fricas* XG; 4,37 *tu* L : *tunc* αυ : *tunc* uar.l. *tu* G; 4,52 *noris* L : *ut noris* αυG; 5,26 *hic* αL : *his* υ : *hic* uar.l. *his* G; 5,57 *hii*(sic!) ... *indulgent* L : *hic ... indulget* αυ : *hic ... indulget* uar.l. *hi ... indulgent* G; 5,59 *fregerit* L : *fecerit* αυ : *fregerit* uar.l. *fecerit* G; 5,66 *fiet* L : *fiat* αυG; 5,70 *te* L : *se* αυG; 5,78 *temporis* Lαυ : *temporis* uar.l. *turbinis* G; 5,84 *sim* L : *sum* αυ : *sim* uar.l. *sum* G; 5,97 *uitiabit* L : *uitiauit* αυ : *uitauit* G; 5,139 *contentus* LαV : *contemptus* X : *comtemptus* uar.l. *contentus* G; 5,172 *arcessat* uar.l. *arcessor* L : *accessor* α : *accersor* V : *arcessat* uar.l. *accersor* G; 5,174 *ne tunc* (*nc̄ nc̄* supra scr.) L : *nunc nunc* αV : *ne tunc* uar.l. *nc̄ nc̄* G; 6,8 *recepit* L : *receptat* αV : *recepit* uar. l. *receptat* G; 6,26 *emole* L : *emule* (*ae-* V) αVG; 6,40 *crasso* L : *crassa* αVG; 6,46 *clamidas* L : *clamides* αV : *clamidas* corr. *-es* G; *captis* LV : *uictis* α : *captis* uar.l. *uictis* G. His perspectis adducor, ut correctorem praeter exemplar uariis lectionibus iam inquinatum nullum alium codicem adhibuisse credam; sed nescio, an illae correctiones iam in archetypum γ irrepserint, quod aliquando et γα(πυ) mirum in modum contra ceteros conspirare uides: cf. 2,10 *ebullit patrui*; 4,2 *dura*; 5,36 *seposui*; 5,78 *temporis*; 5,124 *sentis*; 5,172 *arcessor/accersor* (uar.l. γ); 5,174 *nc̄ nc̄* (uar. l. γ).

[46] Ii gemelli sunt, quorum lectiones consensum fere perpetuum monstrant.

[47] Eum contulit A.Goebel, Die zweite Wiener Persius-handschrift, Philologus 15, 1860, 128-135.

[48] In codice Laurentiano uersum 1,46 denuo omissum, in Leidensi uersum 1,47 per correctionem falsum in locum infersum prehendere licet (u. supra adn. 18).

[49] Sed ille a Clausenio nisi ad Persi uitam recensendam non adhibetur.

licet, ex eo tamen ad lectiones, qui extant in γ, probandas aliquem fructum percipias: Vbi φγ contra Ξ stare apparet, recensionem e communi stirpe ductam (Γ=γφ), quae non minus quam Ξ ualet, probant, ubi φ una cum Ξ a γ disiungitur, huius lectiones interpolatas esse conuincit, ubi denique φ suas proprias lectiones exhibet, alia post aliam inspicienda est, utrum ex aliqua glossa uili originem trahat an, si forte γ aut propriis mendis aut interpolationibus ab α acceptis inquinatus esset (u. supra adn. 45), e puro fonte emanauerit.[50] De tempore autem, quo γ et φ diuersi discedere coeperunt, nihil pro certius affirmare audeam, nisi fragmento Bobiensi (u. infra cap. 8) saeculo quarto exarato, interdum ad γ, numquam ad φ accedente, quasi termino ante quem uti liceat.

Nunc denique, quae ratio inter Pithoeanum (P) et illos stirpis γ atque φ testes intercedat, quaeratur. Archetypum π, ubi recensionis Sabinianae erroribus purgatum est, cum aliquo exemplari libris GL cognato, sed eorum mendis peculiaribus experti collatum esse ex codicum γ et π consensu apparet[51] (exempla, quibus contaminatio cernatur, sunt 1,61 *ius* πG; 3,45 *morituro ... catoni* PL; 3,46 *dicere* πL; 5,84 *sim* Pγ; 5,117 *seruans* πL; 5,137 *audiat* PL; 5,172 *arcessat* Pγ; 6,26 *metuas* PL; 6,46 *clamidas* Pγ; 6,76 *ne* Pγ); quod exemplar ideo post Γ, sed ante γ exaratos fidenti animo collocare licet.

8. Parum autem in opere incepto fragmento quod dicitur Bobiensi iuuamur, quod, nisi esset omnibus qui supersunt codicibus uetustius, dignum uix esset, quod memoretur. Illud bifolium (Bob.) e libro relictum, qui saeculo quarto[52] litteris capitalibus rusticis quas uocant exaratus Iuuenalis atque Persi saturas exhibuerat, sed intra pauca saecula, ut singulis foliis alia superscriberentur, dissipatus est, nunc in codice Vaticano latino 5750 continetur; in altera parte (pp. 77 sq.) Iuuenalis sat.14,324–15,43,

---

[50] E codicibus autem ad α uel Ξ stirpem pertinentibus lectiones in singulos quidem libros φ familiae infusae sunt, archetypum uero ipsum non deformant.

[51] Nisi quod chol.14 *perpegaseum* et in P et in φ inuenitur; sed cum haec lectio secundae Pithoeani manui debeatur neque familiae ipsi Sabinianae plane aliena sit (cf. *pe□gaseium* [-*r*- eras.] X), nihil est, quod ex ea re concludas.

[52] Aliter E.A. Lowe, CLA I, Oxford 1934, p.11, qui nescio an errato typographico neglecto fragmentum saeculo sexto attribuit. De eius indole uerbisque copiose tractauit F. Nougaret, Vaticanus Ms 5750, Perse - Juvénal, in: Philologie et Linguistique, Mél. offerts à L. Havet, Paris 1909, 313-329.

in altera (pp. 63 sq.) Persi sat.1,53-104 complectitur.[53] Bob. et multis propriis mendis laborat[54] et inuicem aut ad α (1,92 *cruris*; 1,99 *mallonis*) aut ad γ (1,57 *sexquipede*; 1,87 *laudatus*) respicit[55]; sed propius intuenti cum α in erroribus manifestis, cum γ in lectionibus, quae uel pro rectis existimari uel sua sponte identidem effici possunt, consentire uidetur: Ita Bob. e libro cognatione quidem recensioni Sabinianae coniuncto, sed postea cum quodam γ stirpis exemplari collato originem cepisse uel in tam exiguo spatio conicere audeas.[56]

9. Multo autem plus in textu recensendo proficies, si scholiorum siue commenti quod dicitur Cornuti adminiculo uteris.[57] Illum commentarium, qui e Persi magistro atque amico nomen traxit, saeculo nono ex uariis membris conflatum et lemmatis instructum esse multa nos admonent. Scholia ipsa (Σ), quae aliqua ex parte iam quarto uel quinto saeculo confecta, postea rescripta, accumulata, retractata, contracta ad Carolingos descenderant[58], non modo antiquiorem textus statum patefaciunt (cf. 1,17 *leges*), sed etiam uarias lectiones proferunt, quibus per tam tenuem memoriae riuulum in libros medii aeui peruenire non contigit[59] (cf. chol.9 *conari*] et *blandiri* legitur; 3,100 *triental*; 5,19 *pullatis*] legitur

---

[53] E uersibus per paginas dispertitis haec folia ad antiquam editionem, quae Iuuenalis saturas primo, Persi secundo loco obtulit, pertinuisse apparet.

[54] Vide supra adn. 23.

[55] Optimae etiam fragmenti Bobiensis lectiones partim cum α (1,81 *istuc*), partim cum γ (1,59 *imitari*; 1,69 *docemus*) eiusque archetypo (cf. 1,87 *hoc hoc bellum* πBob.) communes sunt.

[56] Quae si ita sint, Bob. eadem qua postea P fortuna usum esse sit quod credas.

[57] Plurimum in his scholiis esse auctoritatis primo K. F. Hermann disseruit (Disputatio prima et altera de usu et auctoritate scholiorum in Persii satiris emendandis, Progr. acad. Marburgi 1842; Analecta de aetate et usu scholiorum Persianorum, in: Ind. lect. aest. 1846, Gottingae 1846) atque in sua Persi saturarum editione respexit (A.Persii Flacci satirarum liber, ex recensione C. F. Hermanni, Lipsiae 1854).

[58] De scholiorum fortuna consulere licet J. E. G. Zetzel, Marginal scholarship and textual deviance. The Commentum Cornuti and the early scholia on Persius, London 2005.

[59] Quas ad indagandas etiam grammaticorum antiquorum testimoniis magno cum emolumento utaris: cf. 1,58 *pisat* an *pisit* Diom.; 1,97 *uegrandi* Porph., Seru.; 2,14 *ducitur* Seru.

et *bullatis*; 5,58 *putris*] legitur et *putrit/putret*).[60] Diligenter autem a testimonio ipsorum scholiorum distinguenda sunt eorum lemmata (S), quae, ut scholiis ascriberentur, ex aliquo saturarum codice ita sumpta sunt, ut summa uersuum in iis seruaretur[61]; quo factum est, ut archetypum S tanti aestimandum sit quanti quiuis maioris aetatis liber. Quae lemmata, quamquam plus plusque in annos disiecta atque saepius ad primas uerborum litteras reducta esse ualde dolendum est, tamen qua ratione cum ceteris Persi codicibus coniuncta sint, etiamnunc enucleari potest: Propius enim ad archetypum γ se applicant (cf. 1,77 *pacuuius* [-*que* om.]; 1,87 *hoc bellum*; 1,90 *portas*; 2,54 *excutias*; 3,108 *attende*; 4,3 *dic o*; 5,168 *cessem* [-*en* γ]), sed ita, ut propriis eius interpolationibus carentia cum pristinas lectiones Γ familiae seruent (2,10 *ebulliat patruus* PφS), tum praecipue cum eo libro conspirent, unde Pithoeanum suas correctiones hausisse supra (cap. 7) probauimus (1,61 *ius*; 3,78 *sapio satis est*; 4,26 *e.* [i.e. *errat*]; 5,117 *seruans*; 5,137 *audiat*). Sed haec hactenus; nam quomodo postea in singulis nostrorum codicum exemplaribus scholiorum lemmata hic illic lectionibus aliunde profectis inquinata sint, ad nostram quaestionem nihil attinet. Cum editio scholiorum diu desiderata modo in lucem emissa sit[62], eorum codices Monacenses Clm 14 482 atque 23 577 (U, M), Londinensem mus. Brit. Regium 15 B xix (R), Leidensem bibl. publ. lat. 78 (L) non iterum mihi indagandos atque proponendos esse puto; solis in dubiis ML ipse consului.

His testibus perlustratis omnes fontes, qui ad Persi textum constituendum ullius momenti sunt, tamquam exhausi. Hoc iudicium pertinet

10. ad ceteros Persi libros manu scriptos, quorum fere 60 saeculis X, XI, XII exaratos adhuc extare nouimus.[63] Sed quamquam laboriosum hos omnes comparandi atque perspiciendi opus mihi sumpsi, nihil tamen ad textum recognoscendum profeci, cum nihil boni, quod non compareat in

---

[60] Quod *blandiri* et *putrit* inter uarias libri G lectiones, *triental* et *bullatis* in deterioribus inuenis, ad commenti Cornuti quam ad Persi codicum auctoritatem reuocare malim.

[61] Ea lemmata, ut ab aliis breuioribus nec non inter se disiunctis internoscantur, maiora nominari placet.

[62] Commentum Cornuti in Persium, recognouerunt et adnotatione critica instruxerunt W. V. Clausen et J. E. G. Zetzel, Monachii et Lipsiae 2004.

[63] Eorum indicem in fine huius libri reperies.

melioribus, praebeant. Vbi res aliter se habere uidentur, siue in coniecturis siue in casu causam quaeras: Si forte pauci deteriores u.1,8 *romae* recte exhibent[64], cum ceteri et iidem optimi una uoce *romae est* ostendant, non genuinae lectionis seruatae, sed notae & neglectae exemplum edunt.[65] Quae cum ita sint, ne ex infinita quidem recentiorum turba quicquam noui aut inopinati metuas ita, ut eam recensendam bono animo abicere liceat.

11. Porro autem neque florilegia medii aeui ad Persi saturas recognoscendas quicquam habent utilitatis. Quod iudicium cadit cum in alia tum in Cod. Sangallensem 870 (olim D 476), a Clausenio in usum uocatum: Hic enim liber (Clausen: Sang.), saeculo nono exeunte scriptus, qui uersus 40 e Persio decerptos exhibet, omnibus in mendis consentit cum P[66]; eius exemplar, quod uidetur, codicem Sangallensem D 304, iam pridem perditum, uel eodem titulo inscriptum esse atque P ex catalogo bibliothecae monasterii Sangallensis, quem a. 1759 P. Kolb confecit, accipimus (Cod. Sangallensis 1401, p. 403): 'D n. 304 Persii Flacci Auli Satyrae Thebaidorum cum optimis notis marginalibus et interlinearibus in 4to membranaceo, seculi circiter 10^{mi}.'[67] Itaque P ac Sang. uel D 304 ex eodem fonte deriuatos esse luce clarius apparet.

12. Postremo neque testimonia scriptorum, quorum antiquiora usque ad nonum saeculum p. C. confecta in apparatum congessi, recentiora e Fetkenheueri libro omni laude digno[68] certe cognoui, quicquam utile

---

[64] Dico Amstelodamensem I.D.2, Bernensem 398, Leidensem Vossianum lat. Q. 13, Monacensem Clm 19 489, Parisinos latinos 11 312 atque 11 323, Vindobonensem 131.

[65] Deterioribus nimium pretium statuit Clausen, ed.mai., pp.XVIII-XXI.


[66] Cf. 1,16 *aluus*; 3,14 *quo*; 5,93 *tenua*; 6,36 *castae*; 6,77 *catastas;* si porro codicem P ad stirpem Sabinianam pertinere meministi, ne id quidem mireris, quod Sang. aliquo loco et cum α congruere apertum est: cf. 3,14 *querimur*] *quaerimur* P : *quaerimus* Sang. : *querimus* α. Plenius de florilegio Sangallensi, quoad Persium atque Iuuenalem attingit, refert Ch.Stephan, Das prosodische Florilegium der S. Gallener Handschrift nr.870 und sein Werth für die Iuvenalkritik, RhM 40, 1885, 263-282.

[67] Hanc notam ex antiquiore catalogo a. 1484 exarato, sed item perdito in suum transtulit.

[68] K.Fetkenheuer, Die Rezeption der Persius-Satiren in der lateinischen Literatur. Untersuchungen zu ihrer Wirkungsgeschichte von Lucan bis Boccaccio, Diss. Göttingen, Bern 2001.

conferunt.[69] Licet homines docti omni tempore Persi saturas ipsas in manibus habuerint, tamen libris deterioribus necnon scholiis usi, tenuiori memoriae confisi, munere correctoris functi, libero arbitrio sublati digni non sunt, quibus ita te committas, ut Persi codicibus diffidas. Vt litterae ac uerba quantopere illis quos dixi modis adulterari potuerint, ante oculos tibi obuersetur, haec exempla de Ioanne Saresberiensi sumpta sufficiant: Policr. 3,2 (Pers.3,66) *et o miseri*; 3,5 (Pers.4,48) *amorum*; 3,12 (Pers.1,121) *auriculas asini Midas habet*; 6,2 (Pers.1,74) *quem ... dictaturam*; Metalog.1 prol. (Pers.4,24) *praecedentis, dorso* (pro *tergo*).

13. Placet denique singulos memoriae ramos codicumque, quos adhibui, cognationes stemmatis auxilio exprimere:



[69] Antiquissimos tantum grammaticos excipio, quominus eo iudicio tangantur: u. supra adn. 59.

14. Cum ita de codicum ratione exposuerim, nemo est quin uiderit, quantopere libris inter se collatis et lectionibus permixtis familiae mirum quantum coniunctae uel turbatae essent. Hoc autem unum in aperto est, omnes libros nostros ad duas stirpes posse reuocari, quae antiquis etiam temporibus satae archetypum commune constitui non patiuntur.

	Ξ	Γ
chol.12	refulgeat	refulserit
sat. 1,6	-que	-ue
1,9	tum	tunc
1,14	quo	quod
1,44	fas est	feci
1,59	imitata est	imitari(?)
1,67	in	et
1,74	dictatorem	dictaturam
1,119	me	men
2,10	ebullit patrui	ebulliat patruus
2,18	est	estne
2,21	quod	quo
2,40	rogabit	rogarit
2,41	poscit	poscis
2,42	pingues	grandes(?)
2,47	flammas	flamma
2,54	excutiat	excutias(?)
2,73	animo	animi
3,2	extendit	ostendit(?)
3,7	itan	itane
3,10	positis bicolor	bicolor positis
3,13	sed	quod
3,16	palumbo	columbo
3,29	-que	-ue
3,34	rursus	rursum
3,46	et insano	non sano
3,67	et	aut
3,68	datur	datus
	qua	quam
3,71	largiri	elargiri
3,93	rogabis	rogauit

3,108	attinge	attende
3,115	alget	alges
4,13	est	es
4,22	ocyma	ozima
4,29	ueteris	ueterem
4,33	fricas	figas
4,37	tunc	tu
4,52	ut noris	noris
5,25	tectoria	plectoria
5,36	seposui	supposui
5,58	et	sed
5,64	puerique	iuuenesque
5,66	fiat	fiet
5,70	se	te
5,78	temporis	turbinis
5,84	libuit	uoluit
5,97	uitiauit	uitiabit
5,116	polita	politus
5,118	relego	repeto
5,124	sentis	sumis
5,136	et	e(x)
5,141	obstet	obstat
5,145	quod	quam
5,159	et	ast
5,163	haec	hoc
5,172	nec	ne
6,23	scombros	rombos
6,24	tenues (-is) ... saliuas	tenuem ... saliuam
	turdorum	turdarum
6,46	uictis	captis
6,61	poscis	poscas
6,68	impensius	iam pensius
6,69	coquetur	coquatur
6,79	depunge	depinge

Tamen istam memoriam bipartitam non uariis poetae ipsius lectionibus, sed potius editorum uel interpolatorum operibus ascribendam esse crediderim, quippe cum Γ et Ξ sic differre uideantur, 'ut illa recensio gramma-

tica arte emendatas tutelaque custoditas saturas exhibeat, haec in qua Sabini nomen atque emendationis memoria remansit in quibusdam propius absit a uero.'[70] Itaque Persi librum eadem fere fortuna qua Iuuenalis saturas usum esse censuerim:[71] Ab initio enim altera codicum familia studiis, ut ita dicam, populi, altera grammaticorum iudiciis respondere coepit[72]; non fortuito igitur accidit, quod aliquod stirpis Ξ exemplar Sabini cogitationes occupauit, scholiorum autem lemmata e fonte Γ profluxerunt. Neutra autem stirps ullo tempore correctionibus erat intacta:[73] Altera industriam imperitorum, altera grammaticorum doctrinam experta est; contaminatione neutra uacat. Quae cum ita sint, est, quod in uerbis poetae restituendis archetypo Γ maiorem, haud ita omnem fidem tribuas, ita ut illud Klotzii ualere pergat[74] nobis ratione, non auctoritate eligendam esse ueram lectionem.[75]

---

[70] Repeto uerba, quibus Buecheler, quae intercedere inter α et P sibi uideretur ratio, exposuit (A. Persii Flacci, D. Iunii Iuuenalis, Sulpiciae saturae rec. O. Jahn, ed. tertia, curam egit F.B., Berolini 1893, p.XV); cf. eund., Der Text des Persius, RhM 41, 1886, 454-459, imprimis 454, et N.Scivoletto, I codici di Persio e la loro autorevolezza, GIF 9, 1956, 289-304.

[71] Cf. U.Knoche, Handschriftliche Grundlagen des Juvenaltextes, Philologus suppl.33,1, Leipzig 1940.

[72] Persi saturas mature iam commentariis enucleatas esse ex Hieronymi testimonio (adu. Rufin. 1,16), e uitae titulo (u. infra adn. 75), e uestigiis in commentario Cornuti antiquis satis manifestum est. Quominus et Acronem, quia in codice Ambrosiano I 38 Cornuti commentum titulo *Acronis commentum super satyras Persii* inscriptum sit, in Persi commentatores inseras, prohibet F. Hauthal, Ueber den vermeintlichen Ausleger des Horaz, C. Aemilius, RhM 5, 1847, 516-532, praecipue 523 sq.

[73] Cf., quae supra (cap.8) de fragmenti Bobiensis indole conieci.

[74] C. Iuli Caesaris commentarii ed. A. Klotz, uol. I, Commentarii Belli Gallici, editio maior, Lipsiae 1921, p. XIII.

[75] Facile contra spem dimiserit, quicumque Persi uitam in pristinam formam redigere suscepit. Ea enim non modo, ut e titulo *uita aulis persii flacci de commentario probi ualeri sublata* intellegi potest, ex antiqui commentarii prooemio desumpta, sed etiam rebus ex eo commentario medio excerptis ita aucta est, ut artiore contextu ab initio careret et omnia, quae partibus aliis deletis aliis transpositis efficere studeres, denique ad irritum redigerentur. Ex omnibus, qui uitam continent, codicibus optimos Guelferbytanum 79 Gudianum lat. (f.93^{v} col.b; saec. XI; H), Monacenses Clm 14 498 (f.1^{v}; saec.XI; Q) atque 23 577 (f.95^{r-v}; saec.XI; M), Leidensem bibl. publ. lat.78 (f.1^{v}; saec.X-XI; L), Vaticanum Reginensem lat. 1560 (f.80^{r-v}; saec.X; V) contuli; ceteros ut deteriores contemnendos putaui.

15. Sed priusquam, quae mihi uerba poetae genuina fuisse uidentur, tibi, lector beneuole offerre incipio, triplici de causa ueniam tuam petere deceat:

a. Quippe cum mihi de Persi codicum indole atque cognatione quaerenti libros medio aeuo exaratos uniuersos perspicere in animo esset, facere non potui, quin exemplaribus ipsis praetermissis non nisi imagines phototypicas in meum usum conuerterem. Ita sane difficile erat manus librariorum atque rasuras dignoscere; sed etiamsi forte pauca peccaui, ne summa nostri iudicii funditus dissolueretur, non metuo.

b. Cum porro, quod de codicum rationibus explicaturus eram, exemplis probare mihi proposuissem, apparatui critico nonnulla commendaui, quae ad ipsa poetae uerba constituenda nihil conferre non ignoro. At contra coniecturarum abundantia neglecta non nisi paucas emendationes in apparatum collegi, pauciores in textum recepi, cum mihi Persi saturas recensenti uix ullus locus ante oculos uenerit, qui non e codicibus restitui posset.

c. Denique cum codicibus in rebus orthographicis nullo modo confidendum esse mihi persuasissem, textum ad normam corrigere studui. Sic formas dissimulatas sustuli, uetustam uocabulorum scripturam hic illic apparentem, ut *uolgus* uel similia, remoui, accusatiuum pluralem tertiae declinationis in *-es* desinere iussi, *u* pro *v*, *V* pro *U* dedi, ubi codices inter *ae* et *e*, *i* et *y*, *ci* et *ti*, *set* et *sed*, *haut* et *haud* nutant, usum lexicorum secutus sum.

16. Ipsa in calce huius praefationis mihi ut gratias agam reliquum est cum omnium bibliothecarum praefectis, qui imagines mihi phototypicas benigne commodauerunt, tum praecipue W. Srbio, collegae Erlangensi, qui ne huic praefationi ultima lima deesset maxima comitate curauit.

Erlangae Kal. Ian. a. MMVII W. Kißel

A. PERSI FLACCI

SATVRARVM LIBER

CONSPECTVS SIGLORVM

Ξ = consensus codicum AB PN XV F

A = Montepessulanus bibl. med. 212	saec. IX
B = Vaticanus tabularii basilicae H. 36	saec. IX
α = consensus codicum AB	
P = Montepessulanus bibl. med. 125 (olim Pithoeanus)	saec. IX
N = Norimbergensis Ebnerianus lat. qu. 7	saec. X
π = consensus codicum PN	
X = Vaticanus Palatinus lat. 1710-I	saec. IX
V = Vaticanus Reginensis lat. 1560	saec. X
υ = consensus codicum XV	
F = Florentinus Laurentianus Plut. 37.19	saec. XI
Bob. = Fragmentum Bobiense (hodie Vaticanus lat. 5750)	saec. IV

Γ = consensus codicum GL ϕ

G = Bernensis 257	saec. IX-X
L = Leidensis bibl. publ. lat. 78	saec. X-XI
γ = consensus codicum GL	

ϕ = consensus codicum Florent. Laurent. Plut. 38.27 (saec. XI-XII), Leidensis bibl. publ. lat. 82 (saec. XI), Monacensis Clm 14 498 (saec. XI), Monacensis Clm 14 781 (saec. XII), Paris. lat. 8049 (saec. XI), Paris. lat. 8272 (saec. XI), Vindobon. 85 (saec. XI), Guelferbytan. 79 Gud. lat. (4383) (saec. XI) uel eorum fons communis

A^2, B^2, ... manum correctricem eiusdem fere aetatis significant

S(RMLU) = lemmata scholiorum, quae codicibus R (= Londinensis mus. Brit. Reg. 15 B xix; saec. X), M (= Monacensis Clm 23 577; saec. XI), L (= Leidensis bibl. publ. lat. 78; saec. X-XI), U (= Monacensis Clm 14 482; saec. XII) continentur

S = consensus lemmatum

Σ(RMLU) = lectiones uel interpretationes ex ipsis scholiis sumptae

Σ = consensus scholiorum siue scholiastes

PROLOGVS

Nec fonte labra prolui caballino,
nec in bicipiti somniasse Parnaso
memini, ut repente sic poeta prodirem;
Heliconiadasque pallidamque Pirenen
illis remitto, quorum imagines lambunt
hederae sequaces: ipse semipaganus
ad sacra uatum carmen affero nostrum.
Quis expediuit psittaco suum 'chaere'
picamque docuit nostra uerba conari?
magister artis ingenique largitor
uenter, negatas artifex sequi uoces.
quod si dolosi spes refulserit nummi,
coruos poetas et poetridas picas
cantare credas Pegaseium nectar.

1-3 nec ... memini me(!) *Aldh. metr. p.78,12 Ehw.* **1** *Schol. Stat.Theb. 4,60* **1 sq.** *Rufin. GL VI 560,1* **2 sq.** nec ... memini *Schol. Stat. Theb. 1,62* **10 sq.** *Seru. georg. 1,146; Schol. Verg. Bern. georg. 1,145*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

Incipit prologus persii L : persii facci(!) satyrarum liber. incipit prefatio X : *sine titulo* αP^{2}NFG : *choliambos ante primam saturam exhibent* P^{2}NXFΓ : *post sextam* α : *om.* P

1 fronte α pollui LS(L) *Aldh. cod. Leodiensis Delrii* **3** memini N (*sed* me *supra scr.*) *Schol. Stat.* : memini me (me minime L) αP^{2}XFΓ prodierim P^{2}L **4** heliconiadasque Γ : eli- P^2 : aeli- X : aeliconiadas αF : aeliconi□das N (-a- *eras.*) pallidamque] et pallidamque X : et pallidam *dett.* pirenen (py- P^{2}G) P^{2}N(*ex* -m) Xγ : pirenem F : sirenen α **5** remitto αP^{2}Lφ : relinquo NX(*in ras.*) FG lambunt P^{2}NX(*in ras., fort. ex* ambiunt) FΓS : ambiunt α **8** expediit α chaere] kere P^{2}N : KAHPH X : cere supine α **9** picamque αN : picasque P^{2}XFΓ nostra uerba αNXFLφ : uerba nostra P^{2}G conari] '*et* blandiri *legitur*' Σ(RML) *post 9 uersum suppositum* coruos quis olim concauum salutare *exhibet* L **11** artis sex α **12** dolosis pes α refulserit P^{2}Γ : refulgeat αNF : fulgeat X, 'refulserit: *et* refulgeat' Σ **14** cantare pegaseium melos credas *Nebrissensis* pegaseium S(M) : pe□gaseium X(-r- *eras.*) : pegaseum αNFγS(RLU) : per pegaseum (perpe-) P^{2}φ nectar αN : melos P^{2}X(nectar *add.*) FΓ, 'nectar: *in aliis* melos' Σ

SATVRA I

O curas hominum, o quantum est in rebus inane!
'quis leget haec?' min tu istud ais? nemo hercule. 'nemo?'
uel duo uel nemo. 'turpe et miserabile!' quare?
ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
praetulerint? nugae! non, si quid turbida Roma
eleuet, accedas examenque improbum in illa
castiges trutina, nec te quaesiueris extra.
nam Romae quis non – a, si fas dicere! sed fas:
tunc, cum ad canitiem et nostrum istud uiuere triste
aspexi ac nucibus facimus quaecumque relictis,
cum sapimus patruos, tunc tunc – ignoscite (nolo –
quid faciam? –, sed sum petulanti splene) – cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet.
scilicet haec populo pexusque togaque recenti
et natalicia tandem cum sardonyche albus

1 *Hier. tract. in psalm. I p.130,3; II p.83,22 (de psalm.93)* **4** Troiades *Schol. Iuu. 2,65* **7** nec ... extra *Porph. Hor. epist. 1,16,19*; ne te quaesieris extra *Schol. Hor. epist. 1,16,17* **9 sq.** et ... aspexi *Quint. inst. 9,3,9* **12** sed ... cachinno *Seru. Aen. 8,219* **16 sq.** albus ... plasmate *Porph. Hor. sat. 2,2,21*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

thebaidorum persi satura P : persii flacci satyra (satirarum A) incipit α : incipit (*om.* X) persii flacci satyra (satira N) NX : explicit prefacio. pesii(!) flacci satyrarum liber primus incipit F : explicit prologus persii. incipit liber persii L : flacci persii explicit prologus. satyra eiusdem prima incipit Σ(R) : *sine titulo* Gφ

1 o *alt. om. codd. dett. et ut uid.* S **4** nec X **5** praetulerunt α **6** -que αNXF : -ue P(uel que *supra scr.*) ΓS **7** nec] ne S(ML) quesiuerit αX **8** romae *perpauci dett.* (*u. praef. p. XXIII*) : roma est α : romae est πXFΓS a *edd. recc.* : ac *codd.* **9** tunc PΓS : tum αNXF ad] at P **12** petulantis plene BX : -is plenae P(*sed* s *ante* pl- *add.*) chacinno P : cacinno α **13** inclusus numeris *Markland* **14** quod PFΓS(MLU) : quo αNXS(R) **15** pexusque] pexus α **16** sardonichae α aluus *corr.* P

sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur
mobile collueris, patranti fractus ocello.
hic neque more probo uideas nec uoce serena
ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum
intrant et tremulo scalpuntur ubi intima uersu.
tun, uetule, auriculis alienis colligis escas,
articulis quibus et dicas cute perditus 'ohe'?
'quo didicisse, nisi hoc fermentum et quae semel intus
innata est rupto iecore exierit caprificus?'
en pallor seniumque! o mores! usque adeone
scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
'at pulchrum est digito monstrari et dicier "hic est";
ten cirratorum centum dictata fuisse
pro nihilo pendas?' ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid dia poemata narrent:
hic aliquis, cui circum umeros hyacinthina laena est,

18 patranti ... ocello *Seru. ecl. 3,8; Remig. comm. Don. art. mai. suppl. Elder. p.156* **20** Τίτους *Lyd. mag. 1,19* **22** *Prisc. GL II 107,19* **24 sq.** et ... caprificus *Prisc. GL II 238,18* **25** rupto ... caprificus *Char. GL I 87,1 (109,11 B.)* **26 sq.** usque ... alter *Quint. inst. 9,3,42* **27** *Aug. epist. 118,3; Remig. comm. Don. art. mai. GL suppl. 205,34; 250,24; art. min. 51*; scire tuum nihil est *Schol. Hor. epist. 1,17,33* **28** *Prisc. GL III 226,10; 342,5* **32** *Mico op. prosod. 187* **32 sq.** cui ... locuta(!) *Hier. epist. 54,5,3*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

17 sed elegens αP leges *nouerunt* Σ(LU) : legens *codd.* Σ(RM) *Porph.* **18** colluerit F putrenti *Hildebrand* fr(a)etus αX **19** hic] tunc π, '*uel* hic *pro* tunc' Σ nec Ξ : neque γS(LU) **20** lumbŭ P **21** tremulo□ ... uersu□ P(*utroque loco* -s *eras.*) **22** tun] tune *Prisc.* : tunc αX(*sed* -c *eras.*) escam *Prisc. cod. Sangall. 904* **23** articulis *Madvig* : auriculis *codd.* S perdito soae α hohe γ **24** quo PFLS(M) : quod αX(*sed* -d *eras.*) S(LU) : quid NGφS(R) **27** sicire α tum P **28** at pulchrum] sed bonum *Prisc.* at] ad αX : et L **30** pendas] pendes PF, '*pro nihilo ducas*' Σ **31** desatuli α quid] quis αX : quod G : qui S(L) narret α : narrant G(*ante corr.*) **32** circum PγS(LU) *Mico* : circa αNXFS(RM) *Hier.* hyacinthina] iacinthina (Ia- X, yia- L) Xγ : iacinctina (iacc- F) αF : yacintina P : iacyntina N : yaccinctina S(L) : yaquintina S(M)

rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas uatum et plorabile siquid
eliquat ac tenero supplantat uerba palato.
assensere uiri: nunc non cinis ille poetae
felix? non leuior cippus nunc imprimit ossa?
laudant conuiuae: nunc non e manibus illis,
nunc non e tumulo fortunataque fauilla
nascentur uiolae? 'rides,' ait, 'et nimis uncis
naribus indulges. an erit, qui uelle recuset
os populi meruisse et cedro digna locutus
linquere nec scombros metuentia carmina nec tus?'
Quisquis es, o modo quem ex aduerso dicere feci,
non ego, cum scribo, si forte quid aptius exit
(quando hoc? rara auis est), si quid tamen aptius exit,
laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra est.
sed recti finemque extremumque esse recuso
'euge' tuum et 'belle'. nam 'belle' hoc excute totum:

33 *Paul. Albar. epist.18,14*; balua(!) ... locutus *Cassiod. GL VII 186,4* **34 sq.** *Prisc. GL II 398,4; Eutych. GL V 480,31* **35** *Mico op. prosod.* 132; perstrepit(!) ac ... palato *Hier. epist.54,5,3;* praestrepis(!) ac ... palato *Paul. Albar. epist.18,14;* et(!) tenero ... palato *Schol. Hor. epist.2,1,126*; supplantat ... palato *Schol. Hor. sat. 2,3,274* **37** cippus *Idiom. gen. GL IV 574,7* **38** laudant ... non *Schol. Hor. epist. 1,19,16* **42** et ... locutus *Isid. orig. 17,7,33; Hrab. Maur. uniuers. 19,6 (p.517A)*; et ... locuti(!) *Seru. Aen.7,178* **47** neque ... est *Aug. epist. 231,2* **49** *Prisc. GL III 369,16*; euge ... belle *Prisc. GL II 552,9; III 342,7*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

33 ranchidulum α **34** hypsipylas (hipsi- α, -pilas αN, -phylas P) απX : ypsiphilas (-pilas L, -phylas G) Fγ : ysiphilas (isi-, -phylas) *dett.* uanum P et] aut *Eutych.* prorabile α siquis P **35** ac] et S teneros A **36** non] nunc A²X illi α **37** imprimat G **38** non] nunc X aemanibus α **39** *del. Koenig* nunc] nec X e] et α **40** nascuntur L ait] ast α **42** os] hos α caedro π **44** feci πΓS : fas est αXF **45** cum scribo] conscribo α exsit α **46.47** *hoc ordine* πLφS(MLU) : 46 *om.* G(*sed add. in marg. inf.*) : 47.46 αXF **46** *parenthesin ita dist. Cartault* quando] quamquam *Scoppa* hoc πGS (MU)Σ(M) : haec αXFLφS(L)Σ(RLU) exsit α **47** mihi *om.* αX **49** uelle *bis* P

quid non intus habet? non hic est Ilias Atti
ebria ueratro? non siqua elegidia crudi
dictarunt proceres? non quidquid denique lectis
scribitur in citreis? calidum scis ponere sumen,
scis comitem horridulum trita donare lacerna,
et 'uerum,' inquis, 'amo, uerum mihi dicite de me.'
qui pote? uis dicam? nugaris, cum tibi, calue,
pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit
nec manus auriculas imitari mobilis albas
nec linguae, quantum sitiat canis Apula, tentae!
uos, o patricius sanguis, quos uiuere fas est
occipiti caeco, posticae occurrite sannae.
   Quis populi sermo est? quis enim nisi carmina molli
nunc demum fluere, ut per leue seueros

53 calidum ... sumen *Schol. Hor. sat. 1,2,106 et ars 422* **53 sq.** calidum ... lacerna *Schol. Hor. epist. 1,19,37* **54** *Seru. georg. 3,199* **56** *Seru. Aen. 10,481; Prisc. GL III 68,15; Hrab. Maur. gramm. Prisc. p.658A;* qui ... nugaris *Diom. GL I 386,6* **56 sq.** *Prisc. GL II 251,20* **58** *Eutych. GL V 483,7*; *Remig. comm. Don. art. mai. GL suppl. 271,14*; a tergo ... pinsit *Seru. Aen. 1,179*; '*et est apud Persium ambiguum* a tergo ciconia pisat *an* pisit *legendum sit. sed apud ueteres reperimus etiam n littera addita pinso' Diom. GL I 373,2* **61** *Iul. Ruf. rhet. 33 p.56,19* **64 sq.** ut ... unguis *Schol. Hor. sat. 1,5,32*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Bob. (*inc. a u. 53*) | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

50 quid] qui α ilias atti] illasatti α : illiasatti P : illia satti X : illias atti N attii L : acci ϕ **51** siqua elegidia] siquaelegidia P(-quae- *in ras.* P^2) : sique (-qua N) legidia NX : sique legedia α **52** ructarunt *Lubinus* **53** citreis] cereis α **54** trito α laconna α : laterna X **55** de] di P **56** nugares Bob. : nugalris B(*corr.* B^2) **57** propenso] protenso α : protento *Prisc.* sesquipede αP(ses- *in ras.* P^2) XF : sexquipede Bob.γ : se quipede N(x *add.* N^2) exitet Bob. : extat F *Prisc. codd. Leid. B.P.L. 67 et Sangall. 904* **58** o lanea P ciconea π pinsit (uel pinxit *add.* P; -si- *in ras.* N) πXFBob.ΓS(U) *Seru. Eutych. Remig.* : pin□sit A: pincsit B(o *supra* -c- *scr.*) : pinxit *dett.* S(L), 'pisat *an* pisit' *Diom.* **59** imitari P(*in* -tata *corr.* P^2) Bob.γS : imitata est αXF : imitat□ N mouilis aluas P **60** linque X : linquae Bob. tentae *Barth*^{2} : tantae ΞBob.γ : tantum *nonnulli codd.* ϕ *familiae* **61** biuere Bob. fas αN(*post corr.*) XFBob.LϕS(RM) *Iul.Ruf.*, *commentatur* Σ : ius (N *ante corr.*) πGS(LU) **63** populis Bob. **64** lebe seuero Bob.

effundat iunctura ungues? 'scit tendere uersum
non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.
siue opus in mores, in luxum, in prandia regum
dicere, res grandes nostro dat Musa poetae.'
ecce modo heroas sensus afferre docemus
nugari solitos Graece nec ponere lucum
artifices nec rus saturum laudare: ubi corbes
et focus et porci et fumosa Palilia feno,
inde Remus sulcoque terens dentalia, Quinti,
quem trepida ante boues dictatorem induit uxor
et tua aratra domum lictor tulit. euge poeta!
est nunc Brisaei quem uenosus liber Acci,
sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.
hos pueris monitus patres infundere lippos
cum uideas, quaerisne unde haec sartago loquendi
uenerit in linguas? unde istuc dedecus, in quo
trossulus exultat tibi per subsellia leuis?
  Nilne pudet capiti non posse pericula cano
pellere, quin tepidum hoc optes audire 'decenter'?

67 sq. siue ... dicere *Prisc. GL III 293,3* **79** *Seru. Aen. 4,331; 10,689* **79 sq.** hos ... uideas *Schol. Hor. sat. 1,3,25*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Bob. | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

65 etfundat Bob. uersum] uersū P : uaesis Bob. **66** derigat απ **67** siue] sitne *Cartault* in (i A) prandia ΞBob.S(MLU) *Prisc.* : et prandia Γ **69** docemus P(uel uidemus *add.* P[2]) Bob.γS(M[uel uidemus *s.l.*]) : uidemus αNXF ϕS(RLU)Σ **70** graeci Bob. nec] nunc *Ovink (item u. 71)* lugum P(*corr.* P[2]) **72** fumusa Bob. palilia (-lili- *in ras.* P[2]) *codd., 'palilia quae nunc mutatis litteris parilia* (*parilia mutatis litteris* Σ[M]) *dicimus'* Σ **73** inde *dubitanter temptaui* : unde *codd.* S sulcosque Bob. denti□lia P (-a- *eras.*) **74** quem … dictatorem αP[2]XFBob. : quem … dictaturam L : cum … dictatorem πGS(M)Σ(L *altero loco*) : cum … dictaturam ϕΣ : cum … d. S(RLU) **75** tua] cum G **76** brisaei quem] briseis quem et *Scoppa* bresii X **77** pacuiusque Bob. : pacuuius FGϕS(MLU) **78** antiope Bob. : anthiopa (-thy- L) Fγ aerumnisi Bob. **79** patris Bob. **81** istuc αFBob. : istut P : istud NXΓS **83** nilne] -i- *in ras. trium litt.* X : nihilne Bob. **84** tipedum α : tepidumos Bob.

'fur es,' ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis
librat in antithetis, doctas posuisse figuras
laudatur: 'bellum hoc.' hoc bellum? an, Romule, ceues?
men moueat? quippe et, cantet si naufragus, assem
protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum
ex umero portes? uerum nec nocte paratum
plorabit, qui me uolet incuruasse querella!
  'Sed numeris decor est et iunctura addita crudis.
claudere sic uersum didicit "Berecyntius Attis"
et "qui caeruleum dirimebat Nerea delphin",
sic "costam longo subduximus Appennino".
arma uirum, nonne hoc spumosum et cortice pingui,
ut ramale uetus uegrandi subere coctum?'
quidnam igitur tenerum et laxa ceruice legendum?
'torua Mimalloneis implerunt cornua bombis,
et raptum uitulo caput ablatura superbo

87 an ... ceues *Prob. cath. GL IV 35,24; 37,9; Sacerd. GL VI 487,15;* an ... ceuis(!) *ibid. 489,10* **97** *Seru. Aen. 11,553*; ut ... uetus *Seru. georg. 4,303*; uegrandi ... coctum *Porph. Hor. sat. 1,2,129* **99** *Schol. Stat. Theb. 4,660*; torua Mimalloniis inflatur tibia bombis *Diom. GL I 499,23*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Bob. | Γ: γ(=G[*des. a u. 96*]L) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

85 fur es ait] fure satis Bob. petdio P : pe⊏dio N quid]qui FBob. rosis α **86** librat in] libratim α doctas *codd.* Σ : doctus *Ios. Scaliger* potuisse Bob. **87** laudatur NFφΣ(L) : laudatus (r *supra* -s *scr.* G) Bob.γ : laudatu P(*sed* r *add.*) : laudatis αX hoc hoc bellum πBob. : hoc bellum αXγS(LU) : hoc bellum est F *dett.* S(RM) cebes Bob. : ceuis *Sacerd. GL VI 489,10* **88** mobeat Bob. : moneat α **90** portes (-es *in ras.*, uel a *supra scr.* P²) ΞBob.G(*post corr.*) φ : portas (*ante corr.* G) γS(LU) **91** plorabit *ex* -uit P qu⊏erella P(-a- *eras.*) : querellas Bob. **92** decor est] decore α cruris αBob. **93** claudere πFBob.ΓS : cludere αX si αX dedicit α : didici P : dicit S(R) berecyntius] -cynthius πBob.G : -cinthius XFLφ : -cintius α attis ΞBob.φΣ : attin (-t- L) γΣ *altero loco* **94** delphi γ **95** sic Bob.ΓS : si Ξ **96** et cortice] et (e α) uertice αX **97** uegrandi *Porph. Seru.* : praegrandi (-s *eras.* π) *codd.* S(MLU) **99** torua mimalloneis] torba mamillo-neis P(mi- P²) : toruam (torbam Bob.) mallonis αBob. mimallonis F : mimalionis N bombis] bouis α **100** ratum Bob. : sectum S(R[raptum *s.l.*] MLU) aplatura Bob.

Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis
euhion ingeminat, reparabilis assonat echo.'
haec fierent, si testiculi uena ulla paterni
uiueret in nobis? summa delumbe saliua
hoc natat in labris, et in udo est Maenas et Attis,
nec pluteum caedit nec demorsos sapit ungues.
'Sed quid opus teneras mordaci radere uero
auriculas? uide sis, ne maiorum tibi forte
limina frigescant: sonat hic de nare canina
littera.' per me equidem sint omnia protinus alba:
nil moror. euge omnes, omnes bene, mirae eritis res.
hoc iuuat? 'hic,' inquis, 'ueto quisquam faxit oletum.'
pinge duos angues: 'pueri, sacer est locus, extra
meiite.' discedo? secuit Lucilius urbem,
te Lupe, te Muci, et genuinum fregit in illis;
omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
tangit et admissus circum praecordia ludit,

101 et 105 Maenas *Prob. cath. GL IV 25,16; Sacerd. GL VI 476,5* **106** *Quint. inst. 10,3,21; Porph. et schol. Hor. sat. 1,10,71* **108 sq.** uide ... frigescant *Schol. Hor. sat. 2,3,38* **109 sq.** sonat ... littera *Prob. app. GL IV 195,29* **112** *Prisc. GL II 490,6; 496,3; Ermenr. epist. ad Grim. 15 (p.550,25)* **112 sq.** ueto ... locus *Schol. Verg. Veron. Aen. 5,95* **113** pinge ... locus *Seru. Aen. 5,85; Isid. orig. 12,4,1; Hrab. Maur. uniuers. 8,3 (p.228B)* **113 sq.** pinge ... meite *Prisc. GL II 495,3; III 42,12; Ermenr. epist. ad Grim. 15 (p.550,11)* **116 sq.** omne ... tangit *Schol. Hor. sat. 1,9,55; 2,6,43*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Bob.(*des. a u. 105*) | Γ: γ(=L) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

101 lyncem] lycem Bob. : lyncae P : licet α corymbos Bob.(*ante corr.*) : corimpis α **102** atsonat P **103** uenulla Bob. **104** summe α **105** natta α aitis α **106** cedit α **107** uerbo PF **108** uide sis] uide s□is P(-is *in ras.*) : uide α malorum (*ante corr.* P) πX **109** canina] camaena α **110** protinus omnia XS(L) abba α **111** ni□□l π(-hi- *eras.*) miror F : marore α omnes omnes L : omnes (etenim *add. s.l.* N) απXS(*ut uid.*) : omnes etenim Fφ **112** hic] hoc X : hinc S(LU) oletu P **113** pinguedo sanguis α pingue X : ping□e N pueris acer P exita α **114** meitedis (meic- B) seuit cedo lucilius α meiite *Prisc. codd. Leid. B.P.L. 67 et Sangall. 904* : meite FΓ *Ermenr.* : me ite P : megite *post corr.* N[2] : metite X **115** muci] muti NFφ

callidus excusso populum suspendere naso:
me muttire nefas? nec clam? nec cum scrobe? nusquam?
hic tamen infodiam: uidi, uidi ipse, libelle:
auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum,
hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi uendo
Iliade. audaci quicumque afflate Cratino
iratum Eupolidem praegrandi cum sene palles,
aspice et haec, si forte aliquid decoctius audis.
inde uaporata lector mihi ferueat aure,
non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit
sordidus et lusco qui possit dicere 'lusce',
sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
fregerit heminas Arreti aedilis iniquas,
nec qui abaco numeros et secto in puluere metas
scit risisse uafer, multum gaudere paratus,
si cynico barbam petulans nonaria uellat.
his mane edictum, post prandia Callirhoen do.

122 hoc ... tam nihil(!) *Iul. Ruf. rhet. 41 p.58,10*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=L) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

118 collidus α **119** me αXF : me□ P : men NΓS scribe α **121** auricula α quis non] Mida rex Σ *et Persi uita testantur. 'et dicitur Neronem et Claudium tetigisse sub allegoria Midae, qui aures maximas habuerunt. denique Persius hoc mutauit ita ponens* (*componens* Σ[L]) auriculas asini quis non habet. *sed ueritus est ne Nero in se dictum putaret'* Σ (*cf. uitam, cap. 10*) **122** nihil P : nilla α nullam X **123** iliadae P : iliadem X afflante αN(-n- *eras.*)XF cradina α **124** eupolidem αΓ : eupoliden (-ly- F) πXF **127** cratorum laudere-gestit α **128** et] es α possis αX **129** sese] seque π **130** arretia edilis α **131** qui] qui in α : quin X abaco] ablato *ut uid.* A(*sed* -l- *eras.*) : abbato B : abacco X : abaci *pauci dett.* : ababati F in *om.* αN **132** scitrisis seuafer P **134** parandia α callirhoen do] calli□oendo P : callirhen do X : *om.* α : calliroen do NXFΓS(LU)

SATVRA II

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
qui tibi labentes apponit candidus annos.
funde merum genio. non tu prece poscis emaci,
quae nisi seductis nequeas committere diuis.
at bona pars procerum tacita libabit acerra:
haut cuiuis promptum est murmurque humilesque susurros
tollere de templis et aperto uiuere uoto.
'mens bona, fama, fides,' haec clare et ut audiat hospes;
illa sibi introrsum et sub lingua murmurat: 'o si
ebulliat patruus, praeclarum funus!' et 'o si
sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule! pupillumue utinam, quem proximus heres
impello, expungam, nam et est scabiosus et acri
bile tumet; Nerio iam tertia conditur uxor.'

1 *Cens. 2,1; Schol. Hor. sat. 1,9,73*; *Remig. comm. Don. art. mai. suppl. Elder. p.147; art. min. 19; Beda comp. dial. p.650D* **3** funde ... genio *Cens. 2,1* **5** *Schol. Lucan. ed. Web. 2,513* **9 sq.** o si ... o si *Seru. Aen. 6,187* **11 sq.** dextro ... Hercule *Porph. Hor. sat. 2,3,38* **11 sqq.** dextro ... expungas(!) *Porph. Hor. sat. 2,6,12* **14** Nerio ... uxor *Seru. georg. 4,256*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=L) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

satyrarum (satyra B) II (secundus F) ad macrinum de uitae honestate αF : satira II ad macrinum amicum suum de uita et honestate X : ad plotium macrinum de bona mente πΣ(R) : hanc satiram scribit ad plotium macrinum de bona mente (*ex scholiis*) L : ad plotium macrinum de bona mente ut (et Σ[L]) diem natalem suum hilari mente excipiat Σ(LU)

2 quid α apponet π **3** murum α hemaci P **5** ad PX(*ante corr.*) libauit P **6** haut] aut α cuius NL murmur α susurros *om.* P **7** aper□to P(-i- *eras.*) : aperte α **10** ebulliat (-buliat, -bullat) patruus ϕS *Seru.* : ebulli□t patru□ P(*ex* ebulliat patrus *ut uid.*) : ebullit patrui αNXF(a *supra* -it *scr.*)L **11** astro P crepat αX arcenti P **12** quam α **13** expungam NΓS(LU) : expuncam□ P(*ex* -ant *corr. ut uid.*) : expungas BF *Porph.* : expugnas AX nam et αXFϕS(R) : nam πS(MLU) : nam hic L : namque *nonnulli dett.* **14** conditur ΞγS : ducitur *nonnulli codd.* ϕ *familiae, Seru.*

haec sancte ut poscat, Tiberino in gurgite mergit
mane caput bis terque et noctem flumine purgat.
heus age, responde (minimum est, quod scire laboro):
de Ioue quid sentis? est, ut praeponere cures
hunc – 'cuinam?' cuinam? uis Staio an (scilicet haeres)
quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis?
hoc igitur, quo tu Iouis aurem impellere temptas,
dic agedum Staio: 'pro Iuppiter, o bone,' clamet,
'Iuppiter!' at sese non clamet Iuppiter ipse?
ignouisse putas, quia, cum tonat, ocius ilex
sulpure discutitur sacro quam tuque domusque?
an quia non fibris ouium Ergennaque iubente
triste iaces lucis euitandumque bidental,
idcirco stolidam praebet tibi uellere barbam
Iuppiter? aut quidnam est, qua tu mercede deorum
emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?
   Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
exemit puerum, frontemque atque uda labella
infami digito et lustralibus ante saliuis
expiat, urentes oculos inhibere perita;
tunc manibus quatit et spem macram supplice uoto

15 sq. merge(!) ... purgas *Schol. Hor. epist. 1,1,37*   **16** et ... purgat *Seru. Aen. 8,69*; et ... purgant(!) *Hier. in Is. 18,66,17*; noctem ... purgant(!) *Hier. epist. 49,15,6*   **29 sq.** qua ... unctis *Lact. inst. 6,2,11*   **30** pulmone ... unctis *Consent. GL V 348,22*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV[*exhibet u. 26–34*]) F | Γ: γ(=L) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

15 scanct(a)e (-c- *pr. eras.* P) BP   poscat αX : poscas πFΓS(RLU)   mergit α : mergis πXFΓ, *commentatur* Σ   **16** nocte α   purgat α*Seru.* : purgas πXFΓ*Schol.Hor., commentatur* Σ   **17** minimum] nimium S(LU[minimum U²])   **18** est αNXFS(R) : estne PΓS(MLU)   **19** cuinam cuinam XNFΓS(LU) : cuinam αPS(M)   staio] iaio P (*item u. 22*)   **20** pueris ue quis (uequis A) α   **21** quo PΓS(RLU) : quod αNXF   **23** at] ad (*ante corr.* N) απX   **25** qua P   **26** obuium ergenaque iuuente P   **27** uidental P   **29** mercedeorum α   **30** lacibus P   **31** mattera α   **32** adque PX   **34** expiat] exspica α   **35** quitat *ut uid.* A : quant *ut uid.* B   subplice A : suplice P

nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes:
'hunc optet generum rex et regina, puellae
hunc rapiant; quidquid calcauerit hic, rosa fiat.'
ast ego nutrici non mando uota. negato,
Iuppiter, haec illi, quamuis te albata rogabit.
  Poscis opem neruis corpusque fidele senectae.
esto, age. sed grandes patinae tuccetaque crassa
annuere his superos uetuere Iouemque morantur.
rem struere exoptas caeso boue Mercuriumque
accersis fibra: 'da fortunare penates,
da pecus et gregibus fetum.' quo, pessime, pacto,
tot tibi cum in flammas iunicum omenta liquescant?
ac tamen hic extis et opimo uincere ferto
intendit: 'iam crescit ager, iam crescit ouile,
iam dabitur, iam iam –', donec deceptus et expes
nequiquam fundo suspiret nummus in imo.
  Si tibi creterras argenti incusaque pingui
auro dona feram, sudes et pectore laeuo
excutiat guttas laetari praetrepidum cor.

36 *Schol. Iuu. Vallae 1,109*   **37 sq.** *Hier. epist. 40,2,3*   **38** quidquid ... fiat *Carol. Calu. epist.8 (p.883C)*   **44 sq.** Mercuriumque ...penatis *Prisc. GL II 433,25*   **51** *Seru. georg. 1,403; Aen. 2,546*   **52** si ... argenti *Isid. orig. 20,5,3; Hrab. Maur. uniuers. 22,4 (p.600A)*   **52 sq.** si ... feram *Seru. Aen. 1,724*   **52 sqq.** creterram (*cod. Paris.lat.7496*, crateram *rell.*) argenti sudabit praetrepidum cor *Prisc. GL II 219,1*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=G[*redit a u. 49*]L) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

36 nunc *pr.*] tunc L   lini α   nunc *alt. om.* X   aedes] hedis α   **37** optent π *Hier.*   **39** non nutrici mando P : non mando nutrici N   **40** haec *om.* α   rogabit αXF : rogarit πΓ   **41** poscis PΓS : poscit αNXF   **42** age sed] ages et P   grandes PLS : pingues (-is) NXF : pingens α   patenae XL(i *supra* -e- *scr.*)   **43** his] id S   mirantur P   **45** accersis πXFφ *Prisc.* : aarcessis L : accessis α   fibram P : sibra α   da] de α   **46** et gregibus] egregibus L   **47** flammas αNXF : flamma ΓS(L) : flammis P   **48** ac *Jahn* : at αNXFΓS : et P   festo α   **49** aser α   **51** nequicquam PF   **52** creterras αX : crateras πFΓS(RLU) *Seru. Isid. Hrab. Maur.*   incusaque αX : incusasque P : incussaque NFΓS(LU) : inclusaque *Seru. nonnulli codd.*   **53** laeto P   **54** excutiat Ξ : excutias (*corr. in* -et L) γS   praetrepidum πFΓS(RLU) *Prisc.* : praetepidum αXS(M)

hinc illud subiit, auro sacras quod ouato
perducis facies. 'nam fratres inter aenos,
somnia pituita qui purgatissima mittunt,
praecipui sunto sitque illis aurea barba.'
aurum uasa Numae Saturniaque impulit aera
Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat.
o curuae in terris animae et caelestium inanes,
quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores
et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa?
haec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo,
haec Calabrum coxit uitiato murice uellus,
haec bacam conchae rasisse et stringere uenas
feruentis massae crudo de puluere iussit.
peccat et haec, peccat, uitio tamen utitur. at uos
dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum?
nempe hoc, quod Veneri donatae a uirgine pupae.
quin damus id superis, de magna quod dare lance
non possit magni Messalae lippa propago?
compositum ius fasque animo sanctosque recessus
mentis et incoctum generoso pectus honesto,
haec cedo ut admoueam templis et farre litabo.

57 *Mico op. prosod. 300* **61** *Lact. inst. 2,2,18* **69** in sanctis(!) ... aurum *Hist. Aug. Alex. 44,9* **70** Veneri ... pupae *Lact. inst. 2,4,12* **71 sq.** *Prisc. GL II 472,2; Hrab. Maur. gramm. Prisc. p.649C* **73 sq.** *Lact. inst. 2,4,11; Schol. Stat. Theb. 2,247* **75** *Aldh. ped. reg. p.168,9 Ehw.*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

55 illut P subit αPXS(R) **56** perducit αX **57** purgantissima P mittant S(LU) **58** sunto sitque] sunt osit quod X : sunt osit α **59** auri α **60** facile α **61** curruae α terras *Lact. codd. praeter Bonon. 701* inanis P **62** hoc] hos γ nostris γ **63** ex hac] ac α : et ex X dicere N *sicut coniecerat Markland* **65** haec] et P bellus P **66** uacam P : baccam FGS(LU) concae αX **67** missae α **68** pecca et α at] ad P **69** sanctis *Hist.Aug.* **70** a PXFφS(ML) *Lact.* : *om.* αNγS(U) **72** mag□□ni X : magna B : *om.* A messala α **73** animo ANXF *Lact.* : animimo B : animos P *Lact. codd. Bonon. 701 et Sangall. 213 et Paris. 1662* : animi Γ *Schol.Stat.* **74** incocto S(RLU) generosum S(RLU) *Lact. codd. Bonon. et Sangall.* honestum α *Lact. cod. Sangall.* **75** caedo (cę- N) πL admoueam XFΓS(RLU) *Aldh.* : admoneam α : admoueant P : moueam N

SATVRA III

Nempe haec assidue: iam clarum mane fenestras
intrat et angustas extendit lumine rimas.
stertimus, indomitum quod despumare Falernum
sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.
'en quid agis? siccas insana canicula messes
iam dudum coquit et patula pecus omne sub ulmo est,'
unus ait comitum. 'uerumne? itan? ocius adsit
huc aliquis! nemon?' turgescit uitrea bilis:
'findor!' ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.
iam liber et positis bicolor membrana capillis
inque manus chartae nodosaque uenit harundo:
tunc querimur, crassus calamo quod pendeat umor.
nigra sed infusa uanescit sepia lympha,
dilutas querimur, geminet quod fistula guttas.
o miser inque dies ultra miser, hucine rerum

1 nempe ... assidue *Prisc. GL III 85,8* **8** uitrea bilis *Schol. Hor. sat. 2,3,141* **9** *Schol. Stat. Theb. 4,45; Seru. georg. 3,328; 374; Aen.7,16; 8,248; Eutych. GL V 471,29* **10** *Isid. orig. 6,11,4* **11** quaeue(!) manus ... harundo *Isid. orig. 1,37,7;* usque(!) manus ... harundo *Iul. Tol. exc. GL V 324,29*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

increpatio desidiae humanae P : satyrarum (-i- A) III loquitur ad desidi α : loquitur (satira II l. X) ad desidiosos NX : satyra tercia ad desidiosos F : in luxuriam et uitia (-c- G) diuitum (deditum L) γΣ(U) : de luxuria et uitiis diuitum Σ(R)

1 nempe] sep(p)e α fenesias α **2** extendit (-it *in ras.* P) ΞS(L) : ostendit γS(R[uel ex- *s.l.*] MU[-i]) **3** falernu P **4** line P **7** itan N : id an αX : itane FΓS : ita nec P (-c *exp.*) **8** nemo Aγ tigescit α uilis P **9** ut] in F dicas αXFΓS *Seru. Schol.Stat.* : credas N *Eutych.* : oridas P, *'ita rumpor clamoribus ut asinos credas clamare'* Σ **10** positis bicolor ΞS *Isid.* : bicolor positis Γ **11** carthae P nodosaque] nodos atque X **12** tunc] tum G querimur (quae- P) πXγ : querimus α : queritur F **13** sed Ξ : quod ΓS uanescit P : uanescat (ue- *corr.* L) αNXFΓS(RLU) **14** querimur (quae- P) πXFγ : querimus α : queritur *dett.* quo P **15** hunc inererum P hucine αN : huccine XFΓS(LU)

uenimus? at cur non potius teneroque columbo
et similis regum pueris pappare minutum
poscis et iratus mammae lallare recusas?
'an tali studeam calamo?' cui uerba? quid istas
succinis ambages? tibi luditur; effluis, amens,
contemnere: sonat uitium, percussa maligne
respondet uiridi non cocta fidelia limo.
udum et molle lutum es, nunc nunc properandus et acri
fingendus sine fine rota. sed rure paterno
est tibi far modicum, purum et sine labe salinum
(quid metuas?) cultrixque foci secura patella.
hoc satis? an deceat pulmonem rumpere uentis,
stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
censoremque tuum uel quod trabeate salutas?
ad populum phaleras! ego te intus et in cute noui.
non pudet ad morem discincti uiuere Nattae?
sed stupet hic uitio et fibris increuit opimum
pingue, caret culpa, nescit, quid perdat, et alto
demersus summa rursum non bullit in unda.
Magne pater diuum, saeuos punire tyrannos
haut alia ratione uelis, cum dira libido
mouerit ingenium feruenti tincta ueneno:

16 sq. teneroque ... pueris *Seru. Aen. 5,213* **19 sq.** cui ... ambages *Eutych. GL V 479,12* **28 sq.** *Seru. auct. Aen. 9,641* **29** *Seru. auct. Aen. 3,382; Prisc. GL III 208,18; 211,2* **30** *Hier. adu. Ruf. 2,16; epist. 129,4,4; Mar. Merc. subnot. 6,9* **32** sed ... uitio *Aug. mag. 9,28* **37** feruenti ... ueneno *Aug. ciu. 2,7*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

16 uenisti S(L) at NXF(*ante corr.*) Γ : a α : aut PF(*post corr.*) S(LU)Σ columbo PΓS(MLU) *Seru.* : palumbo αNXF **17** similes P **19** talis tudeam α **20** et fluis αPX **22** cocyta α fedelia (*corr.* B) α **23** es] est αPX **24** rupe paturno α **26** fori α patella est P **28** ius coramum ille sime P **29** censoremque tuum αNXF : censoremue tuum (censorem uetuum P) PΓS(ML) *Seru.auct. Prisc.* : censoremne tuum *Prisc. GL III 211,2 cod. Leid. B.P.L. 67 sicut coniecerat Casaubonus* : censorem uetulum *Heinrich, Stanwell* uel quod] quod uel *Thomas* **31** districti α **33** quod S(LU) alte G **34** rursum Γ : rursus Ξ **37** mouerat α

uirtutem uideant intabescantque relicta.
anne magis Siculi gemuerunt aera iuuenci,
et magis auratis pendens laquearibus ensis
purpureas subter ceruices terruit, 'imus,
imus praecipites' quam si sibi dicat et intus
palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?
Saepe oculos, memini, tangebam paruus oliuo,
grandia si nollem morituri uerba Catonis
discere, non sano multum laudanda magistro,
quae pater adductis sudans audiret amicis.
iure: etenim id summum, quid dexter senio ferret,
scire erat in uoto, damnosa canicula quantum
raderet, angustae collo non fallier orcae,
neu quis callidior buxum torquere flagello.
haut tibi inexpertum curuos deprendere mores,
quaeque docet sapiens bracatis illita Medis
porticus, insomnis quibus et detonsa iuuentus
inuigilat siliquis et grandi pasta polenta;
et tibi, quae Samios diduxit littera ramos,
surgentem dextro monstrauit limite callem.

48 *Prisc. GL III 415,29* **56 sq.** *Isid. orig. 1,3,7; Anecd. Helu. GL suppl. CXXXXIII 7; Hrab. Maur. in eccles. 10,31 (p.1122D); Schol. Heiric. Vita Germ. metr. 1,82*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

39 iuuenti α **40** et] nec S(MLU) **41** subter] supra *Sandford* **43** quod] quae Σ **45** morituro (i *supra* -o *scr.* L) … catoni (-s *add.* L) PL **46** discere αXFGφ : dicere πL. Σ morituri uerba catonis dicere *legisse uidetur*: *'merito inquit mihi lippitudinem accersiebam ne Catonis* (-*i* Σ[MLU]) *deliberatiuam recitarem utrum moreretur* (*moriatur* Σ[MLU]) *annon, aut quibus uerbis uti potuit cum se destinaret interficere'* non sano PΓS(MLU) : et insano αNXFS(R[et *om.*]) **48** iuret etenim α summo αNX quod N(*statim corr.*) FS(LU) ferret] feruet α **50** raderet et P **51** caliduor α buxo S(RLU) torquaeret α *post 51* π *incipit nouam saturam, quae titulo* ad eosdem *inscribitur* **52** deprehendere FLS(LU) **53** brachatis P : braccatis A(*ut uid.*) LS(LU[-i]) **55** grande P **56** tibi quae] tibique α diduxit NLS(U) : deduxit αPXFGφS(RL) *Isid. Anecd. Helu. Hrab.Maur. Schol.Heiric.* litora P **57** callem] collem αPX

stertis adhuc laxumque caput compage soluta
oscitat hesternum dissutis undique malis.
est aliquid quo tendis et in quod dirigis arcum,
an passim sequeris coruos testaque lutoque
securus, quo pes ferat, atque ex tempore uiuis?
elleborum frustra, cum iam cutis aegra tumebit,
poscentes uideas: uenienti occurrite morbo,
et quid opus Cratero magnos promittere montes?
discite et, o miseri, causas cognoscite rerum:
quid sumus et quidnam uicturi gignimur, ordo
quis datus, aut metae qua mollis flexus et unde,
quis modus argento, quid fas optare, quid asper
utile nummus habet, patriae carisque propinquis
quantum elargiri deceat, quem te deus esse
iussit et humana qua parte locatus es in re.
disce, nec inuideas, quod multa fidelia putet
in locuplete penu defensis pinguibus Vmbris,
et piper et pernae, Marsi monumenta clientis,
maenaque quod prima nondum defecerit orca.
   Hic aliquis de gente hircosa centurionum
dicat: 'quod satis est, sapio mihi. non ego curo

65 quid ... montes *Porph. Hor. sat. 2,3,161* **66-72** *Aug. ciu. 2,6* **74** *Seru. Aen. 1,703* **75** et piper et pernae *Prisc. GL II 205,10*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

59 hoscitat αX esternum γ **60** aliquit P quod (*post corr. pr. m.* N) π : quo αXFΓS(LU) dirigas P **62** quo perferat (*corr.* B^{2}) α bibis (*ex* tibi *corr.* B) αX : uiuus F **65** cratero] -o *in ras.* α **66** et o miseri *Ioan.Saresber.Policr.3,2* : o miseri et *codd.* S *Aug.* : io miseri et *Barth*[1] **67** et Ξ*Aug.* : aut ΓS uenturi *Aug. codd. nonnulli* gignimus αX **68** datus PΓS(LU) *Aug.* : datur αNXFS(R) au P mecae α : mente F qua αNX : quam P(-m *in ras.*) FΓS(RLU), *Aug. codd. utrumque exhibent* **69** argenti *Aug.* **70** mummus α **71** elargiri πΓS(R) : largiri αXFS(MLU) *Aug.* **73** nec απX : neque FΓS inuidias α quod] quam S(RLU) **74** tenu□fensus B : penude fensus A : penu defensus B^{2}X **75** *om.* α (*sed add.* $A^{2}B^{2}$) monumentae luentis P monumenta N(*sed* -u- *corr. in* -i-) Σ : moni- αXFΓ **78** dicta α satis est sapio αNXFΓΣ(MLU) : sapio satis est PS(MLU)Σ(R)

esse quod Arcesilas aerumnosique Solones
obstipo capite et figentes lumine terram,
murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt
atque exporrecto trutinantur uerba labello,
aegroti ueteris meditantes somnia, gigni
de nihilo nihilum, in nihilum nil posse reuerti.
hoc est quod palles? cur quis non prandeat hoc est?'
his populus ridet, multumque torosa iuuentus
ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
'Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus et aegris
faucibus exuperat grauis halitus, inspice, sodes,'
qui dicit medico, iussus requiescere, postquam
tertia compositas uidit nox currere uenas,
de maiore domo modice sitiente lagoena
lenia loturo sibi Surrentina rogabit.
'heus bone, tu palles.' 'nihil est.' 'uideas tamen istuc,
quidquid id est, surgit tacite tibi lutea pellis.'
'at tu deterius palles. ne sis mihi tutor.
iam pridem hunc sepeli: tu restas.' 'perge, tacebo.'
turgidus hic epulis atque albo uentre lauatur,
gutture sulpureas lente exhalante mefites.

84 *Isid. orig. 1,36,17; Iul. Tol. exc. GL suppl. CCXXXVIII 8* **98** *Schol. Hor. carm. 2,2,15 et epist. 1,6,61*; atque ... lauatur *Schol. Hor. sat. 2,2,21*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV[*inc. a u. 99*]) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

79 arcaesilas P : archae- X : arche- αNFΓ solones PF(*ante corr.*) : solonis αX : salones NF(*post corr.*) ΓΣ **80** obsti□po P(-p- *eras.*) : opsip α terra P **83** meditantis αN (*ante corr.*) **84** di α nihilum ΞS(LU) *Isid. Iul.Tol.* : nihil Γ in nihilum] in ni(c)hilo αF nil] nihil *ante corr.* P **86** populis A **89** ex(s)uperat αPXFLS(R) : superat S(LU) : exuberat N(*corr. ex* -as)Gϕ **91** uidet P **92** silente P lagoaena α **93** laenia PX luturos ibi P locuro B : locupo AB²: lauturo ϕ tibi αXF : □ibi N syrentina γ rogabit P² : rogauit PΓ : rogabis αNXF **94** tu *om.* αX pallens P istuc P : istud αNXFΓΣ(RLU) **95** id est] idem S(R) : hic est AXF **96** at] ad (*statim corr.* N) πX pallens P **97** sepeli tu restas] sepelii tu restas Xγ : sepeliit urestas α : sepellitur istas P **98** adque (*statim corr.* N) π bobatur α **99** pulphereas (pulu- *corr.* A) α exilante α

sed tremor inter uina subit calidumque trientem
excutit e manibus, dentes crepuere retecti,
uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto
compositus lecto crassisque lutatus amomis
in portam rigidas calces extendit. at illum
hesterni capite induto subiere Quirites.
'Tange, miser, uenas et pone in pectore dextram:
nil calet hic; summosque pedes attinge manusque:
non frigent.' uisa est si forte pecunia siue
candida uicini subrisit molle puella,
cor tibi rite salit? positum est algente catino
durum olus et populi cribro decussa farina:
temptemus fauces; tenero latet ulcus in ore
putre, quod haut deceat plebeia radere beta.
alges, cum excussit membris timor albus aristas;
nunc face supposita feruescit sanguis et ira
scintillant oculi, dicisque facisque, quod ipse
non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.

103 hinc ... candelae *Schol. Stat. Theb. 6,121; Seru. Aen. 5,138* **103 sq.** hinc ... lecto *Seru. Aen. 11,192; Schol. Lucan. ed. Web. 8,734* **117 sq.** quod ... Orestes *Hier. adu. Iouin. 1,1* **118** *Cassian. c. Nest. 6,9,2*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

100 inter uina subit] i. ruina s. X : in terra subiit α triente P : triental S(R), *'triental (-em Σ[M]) dicit calicem'* Σ **101** excidit α **104** grassisque P **105** portam rigidas PVΓS(RLU) : portas igidas α : portam rigidos NXF cales (*post corr.* B) α **106** esterni FL : externi αGS(MLU) induto□ P(-s *eras.*) **107** dextra P **108** attinge ΞS(R) : attende ΓS(MLU) **110** uicinis α **112** cribo AB^2(-r- *alt. exp.*) decusa P : discussa F **114** prutre A haut] ahaud *ante corr.* B : aut X : aud F plebia α **115** alges (-es *post corr.* N^2) πΓS : alget αυF excussit] etcus sit P **116** nun P fate suposita α feruescat G iram A^2P^2N (*ut uid.*) XV^2 **117** discique α facesque P **118** non sani] insani S esse πΓS(LU) *Hier. Cassian.* : est αυF non sanus] insanus S

SATVRA IV

'Rem populi tractas?' barbatum haec crede magistrum
dicere, sorbitio tollit quem dira cicutae,
'quo fretus? dic hoc, magni pupille Pericli.
scilicet ingenium et rerum prudentia uelox
ante pilos uenit, dicenda tacendaque calles.
ergo ubi commota feruet plebecula bile,
fert animus calidae fecisse silentia turbae
maiestate manus. quid deinde loquere? "Quirites,
hoc puta non iustum est, illud male, rectius illud."
scis etenim iustum gemina suspendere lance
ancipitis librae, rectum discernis, ubi inter
curua subit uel cum fallit pede regula uaro,
et potis es nigrum uitio praefigere theta.
quin tu igitur, summa nequiquam pelle decorus,
ante diem blando caudam iactare popello
desinis, Anticyras melior sorbere meracas?
quae tibi summa boni est? uncta uixisse patella
semper et assiduo curata cuticula sole?

1 sq. *Schol. Ou. Ib. 493 (Conr.)* **2** *Isid. orig. 17,9,71* **7 sq.** scis(!) calidae ... manus *Schol. Lucan. ed. Web. 1,298* **9** *Prisc. GL III 65,24; Hrab. Maur. gramm. Prisc. p.657C* **13** *Isid. orig. 1,24,1*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

de his qui ambiunt honores (honores ambiunt G) αNXFG : de his qui ambiunt honores antequam ad aetatem perueniunt L : de his quabiunt (i *inser.* V²) honorem (ante aetatem *add.* V²) V : *hanc saturam priori continuat* P, *sed* satura de his qui ambiunt honores *in marg. add.* P²

2 ducere sorbiti tolli α dura αγ **3** quos α dic hoc ΞφS(M) : dic o (dico S[LU]) γS(RLU) pericli πFΓΣ : periclis (-s *eras.* B) αυ **5** -que] -ue PF caler α **6** plebe culabile P **7** talidae α **9** puta αPVGφ *Prisc. Hrab.Maur.* : puto NXV²FL illud *pr.*] *in ras.* V² : illut P illud *alt.*] illut P : istud Gφ **11** accipitis A **12** curba P pede *om.* α **13** es FΓS(RLU) : est (-t *eras.* V) απυ *Isid.*, Σ *commentatur utrumque* **14** sum mane quicquam P nequicquam F puelle α **16** desinas (*sed* -as *in* -is *corr.* V) αυ anticyras(-cir-) αNXΓ : antyciras VF : anti cycras P merecas αN

expecta: haut aliud respondeat haec anus. i nunc,
"Dinomaches ego sum," suffla, "sum candidus." esto,
dum ne deterius sapiat pannucea Baucis,
cum bene discincto cantauerit ocima uernae.'
Vt nemo in sese temptat descendere, nemo,
sed praecedenti spectatur mantica tergo!
quaesieris 'nostin Vettidi praedia?' 'cuius?'
'diues arat Curibus, quantum non miluus errat.'
'hunc ais –' 'hunc dis iratis genioque sinistro
qui, quandoque iugum pertusa ad compita figit,
seriolae ueterem metuens deradere limum
ingemit "hoc bene sit" tunicatum cum sale mordens
cepe, et farratam pueris plaudentibus ollam
pannosam faecem morientis sorbet aceti!'
at si unctus cesses et figas in cute solem,
est prope te ignotus, cubito qui tangat et acre
despuat: 'hi mores! penemque arcanaque lumbi
runcantem populo marcentes pandere bulbos!

21 pannucia Baucis *Porph. Hor. epist. 1,13,14; Don. Ter. Andr. 770* **24** *Schol. Hor. sat. 2,3,299*; spectatur ... tergo *Porph. Hor. sat. 2,3,299* **30 sq.** tunicatum ... caepe *Seru. GL IV 431,34*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

19 haut] aud B(*corr.* B^2) XF(*ante corr.*) i nunc BLϕS(RM) : hi nunc X : in hunc APFGS(L) **20** dinomaces α : dinochames L sufla P : su□fla N **21** terius P pannucea αNυFS(L) : pannucia P(*post ras.*) *Porph. Don.* : pannucla P(*ante ras.*) : pannutia γ **22** quum αV(*ut uid.*) distincto α : distinto X : discinto V ocima S(MLU) : ocyma Ξ : ozima Γ uernae] unae α **24** praecedentis pectatur X : -is spectatur F *sicut coniecerat Heinrich* **25** quaesierit α : quaesieri P uettidi P : uectidi XFΣ(RM) : uictidi α : uetidi γS(RLU)Σ(LU) : uectidis *in ras.* V^2 : uettidis P^2N cuius] cinus α **26** errat (V *ut uid.*) Pυ : erat α : e. S(MLU) : oberrat NV^2(*in ras.*) Fϕ : oberret γ **29** ueterem PLϕ : ueteris αNυFG **30** mordes P **31** fariratam ... ollam α : farrata ... olla P **33** at si unctus] as iunctus α : adiunctus X figas PLϕS(U) : frigas αV(*sed* -g- *corr. in* -c-) : fricas N(*sed* -r- *eras.*) XFGS(RL) **34** tangit α **35** respuat L hi αPVγS : in XFϕ peneque PX **36** bulbos *Richter* : uuluas *codd.* : ualuas *Housman*[2]

tunc, cum maxillis balanatum gausape pectas,
inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
quinque palaestritae licet haec plantaria uellant
elixasque nates labefactent forcipe adunca,
non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.'
   Caedimus inque uicem praebemus crura sagittis.
uiuitur hoc pacto, sic nouimus. ilia subter
caecum uulnus habes, sed lato balteus auro
praetegit. ut mauis, da uerba et decipe neruos,
si potes. 'egregium cum me uicinia dicat,
non credam?' uiso si palles, improbe, nummo,
si facis, in penem quidquid tibi uenit, amarum
si puteal multa cautus uibice flagellas,
nequiquam populo bibulas donaueris aures.
respue, quod non es, tollat sua munera cerdo.
tecum habita: noris, quam sit tibi curta supellex.

37 balanatum (-us *nonnulli codd.*) ... pectes(!) *Prisc. GL II 333,8* **43** uiuitur ... pacto *Char. GL I 253,22 (332,3 B.); Diom. GL I 399,5* **49** sic(!) puteal ... cautus *Schol. Hor. epist. 1,19,8*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

37 tunc ΞG : tu LφS gausa pepectas α **38** deconsus α : detons V(*corr.* V²) **39** palestra α plantari α uellent L **40** fluxasque P forcipe] forpice V²F : forfice αυ **41** filix αNΓΣ : felix PF : filex υ **42** praelemus A(*sed statim corr.*) : preplemus B(l *supra* -r- *scr.*) **43** supter BV(*ante corr.*) **44** habes] -s *in ras.* P : habet S(R) balteus] altareus α **45** protegit V(*ut uid.*) F **46** potest α dicta α **49** cautus multa φ uiuice PL(*ante corr.*) **50** uibulas P **51** respuat αV(*ut uid.*) es] est αPV(*ut uid.*) umera αV(*ut uid.*) **52** noris PLφS : ut noris αNυFG

SATVRA V

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere uoces,
centum ora et linguas optare in carmina centum,
fabula seu maesto ponatur hianda tragoedo,
uulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
'quorsum haec? aut quantas robusti carminis offas
ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
grande locuturi nebulas Helicone legunto,
si quibus aut Procnes aut si quibus olla Thyestae
feruebit saepe insulso cenanda Glyconi.
tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
folle premis uentos, nec clauso murmure raucus
nescio quid tecum graue cornicaris inepte,
nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.
uerba togae sequeris iunctura callidus acri,
ore teres modico, pallentes radere mores
doctus et ingenuo culpam defigere ludo.

10 *Schol. Hor. sat. 1,4,20* **10 sq.** tu ... uentos(!) *Porph. Hor. sat. 1,4,19* **12** *Prisc. GL II 433,12*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

ad cornutum magistrum suum Σ(RLU) : hanc satiram scribit ad cornutum suum magistrum N : ad anneum cornutum stoicum cuius fuit auditor γ : ad magistrum equitum cornutum P : satyrarum V liber F : satyra IIII V : satira IIII loquitur ad cornutum magistrum suum X : *hanc saturam priori continuat* α

2 obtare αV carmine FL **3** fabulas eum (eu A) esto αP **4** parchi αN : par□thi V **5** carminú roffas α **7** helico nelegunto P helycona V²(*in ras.*) : elicona F : *om.* α **8** quibus *pr.*] quis P procnes αV(-c- *corr. in* -g-) Σ(M) : pronces X : prognes NFΓS(RLU) : progenes P tyheste α **9** insulso] inuiso P cycloni P **10** camini P **11** praemis P claso α murmurer (-es A) aucus α raucos PXF : raucum S(LU) **12** quid] qui P **13** stloppo NV²ΓS(RLU) : scloppo αPυ : stoplo F **15** teres PυGΣ(MLU[ce-]) : terens α : teris N(te□ris) V²FLφΣ(R) rodere P **16** ingenio P(*statim corr.*) F

hinc trahe, quae dicis, mensasque relinque Mycenis
cum capite et pedibus plebeiaque prandia noris.'
non equidem hoc studeo, pullatis ut mihi nugis
pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
secreti loquimur. tibi nunc hortante Camena
excutienda damus praecordia, quantaque nostrae
pars tua sit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice,
ostendisse iuuat. pulsa dinoscere cautus
quid solidum crepet et pictae tectoria linguae.
hic ego centenas ausim deposcere fauces,
ut, quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
uoce traham pura, totumque hoc uerba resignent,
quod latet arcana non enarrabile fibra.
   Cum primum pauido custos mihi purpura cessit
bullaque succinctis Laribus donata pependit,
cum blandi comites totaque impune Subura
permisit sparsisse oculos iam candidus umbo,
cumque iter ambiguum est et uitae nescius error
deducit trepidas ramosa in compita mentes,
me tibi supposui. teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu. tum fallere sollers
apposita intortos extendit regula mores,

19 sq. *Aldh. metr. p.88,2 Ehw.* **35** *Seru. Aen. 6,136*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

17 dicis αPFγS(LU) : dicas NυFS(R) : dices φ mycenas P **17-18** relinque prandia noris α *omissis* mycenis - plebeiaque (*corr.* AB[2]) **18** plebeiaque] plebi que P : plebeia γS(L) **19** bullatis *dett.*, '*legitur et* bullatis' Σ **21** secrete αP **22** dam̄ α quandoque P **23** cornutae αP amicae PV **24** pulsandi noscere P **25** tectoria (tent- X) ΞS(R) : plectoria ΓS(MLU) **26** hic αΓ : his πυFS auxim P depromere LS(L) fauces P : uoces αNυFΓS **28** puta α torumque P **29** quod] quo P **30** cum] cui α **31** subcinctis P(-is *in ras.* P[2]) : succintis υ : succinctus α **33** sparsis α **34** ambigium α **35** deducit απΓS : diducit υF : traducit *Seru.* **36** supposui L(*post corr.*) φS(R)Σ(M) : seposui (-t *ante ras.* P, se- *eras.* N) ΞγS(LU) suspicis P(-picis *in ras.*) **37** cornutae P tum] tunc P

et premitur ratione animus uincique laborat
artificemque tuo ducit sub pollice uultum.
tecum etenim longos memini consumere soles
et tecum primas epulis decerpere noctes.
unum opus et requiem pariter disponimus ambo,
atque uerecunda laxamus seria mensa.
non equidem hoc dubites amborum foedere certo
consentire dies et ab uno sidere duci:
nostra uel aequali suspendit tempora Libra
Parca tenax ueri, seu nata fidelibus hora
diuidit in Geminos concordia fata duorum,
Saturnumque grauem nostro Ioue frangimus una,
nescio quod certe est quod me tibi temperat astrum.
  Mille hominum species et rerum discolor usus,
uelle suum cuique est nec uoto uiuitur uno.
mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
rugosum piper et pallentis grana cumini,
hic satur irriguo mauult turgescere somno,
hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
in uenerem putris; sed cum lapidosa cheragra

41 *Schol. Lucan. ed. Web. 3,401* **45 sq.** non ... dies *Seru. Aen. 1,576* **49** *Prisc. GL II 341,16* **55** rugosum piper *Prob. cath. GL IV 16,15; Prisc. GL II 205,12* **57 sq.** ille ... putris *Seru. georg. 4,198*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

39 praemitur P **40** araficemque α : artificisque *uel* -ique *Casaubonus* suppollice P **41** memini me P : meminit V **42** aepulis PX **43** una *Casaubonus* **44** adque υ □recunda P **45** fodere α **46** dici V **47** equalis αV **48** per catenax (-x *e* -s B²) α ora PX **49** fata] ic *supra scr.* V² **50** saturnumue *Mitscherlich* iouem α una] imam α **51** quod *pr.* απγS(U) : quid υFS(RL) certum P quod *alt.*] quid V **53** nec] ne V **54** italis] talis αV **55** cumini] ca- X : ci- F : cy- G **57** hi (hii L, hic S[U]) … indulgent LS(LU) decquid V : dequoquit LS(RLU) **58** putris] -utris *in ras.* P : putrit P², '*legitur et* in uenerem putrit' Σ(RM), '*legitur et* putret' Σ(LU) sed ΓS : et Ξ cheragra αPV : chiragra NFΓΣ : cyragra X

fregerit articulos, ueteris ramalia fagi,
tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
et sibi iam seri uitam ingemuere relictam.
at te nocturnis iuuat impallescere chartis,
cultor enim iuuenum purgatas inseris aures
fruge Cleanthea. petite hinc, puerique senesque,
finem animo certum miserisque uiatica canis.
'cras hoc fiet idem.' cras fiet! 'quid? quasi magnum,
nempe diem donas?' sed cum lux altera uenit,
iam cras hesternum consumpsimus; ecce aliud cras:
egerit hoc annos et semper paulum erit ultra.
nam quamuis prope te, quamuis temone sub uno
uertentem sese frustra sectabere canthum,
cum rota posterior curras et in axe secundo.
Libertate opus est: non hac, ut quisque Velina
Publius emeruit, scabiosum tesserula far
possidet. heu steriles ueri, quibus una Quiritem
uertigo facit! hic Dama est: non tressis agaso,

62 *Vel. GL VII 62,14; Cassiod. GL VII 154,14* **68** *Seru. Aen. 5,19*; aliud cras *Pomp. GL V 136,7*; hesternum cras abiit *Prisc. GL III 369,19* **68 sq.** iam ... annos *Remig. comm. Don. art. min. 39* **71** canthum *Quint. inst. 1,5,8* **73 sq.** libertate ... Publius *Schol. Hor. epist. 1,6,52* **75** Quiritem *Diom. GL I 327,30* **76** hic ... agaso *Schol. Hor. sat. 2,7,54*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

59 fregerit] fecerit αυ, '*legitur et* ⟨fregerit *id est* [add. *Wessner*]⟩ *curuauerit*' Σ, *sed postea explicat* fregerit faci α **60** palustre P **61** tibi S(MLU) seri] miseri S(MLU) uita … relicta PΣ **62** carthis αP **63** enim es□ P(-t *eras.*) **64** cleanthea] cliantea P : cleteanthea (-tea A) α puerique ΞS(RLU) : iuuenesque Γ **65** miserique P : serisque *Markland* **66** fiet *alt.* PF(*post corr.*) LϕS (RLU) : fiat αNυF(*ante corr.*) G quid]quod γS(LU) **67** diest α **68** esternum L : externum P aliut P **69** hoc P : hos αNυFΓ*Remig.*, 'hoc cras, *quod ait, annos eliquat*' Σ **70** quamuis *pr.*] quam α te πLϕS : se αυFG tenemo P : temonoe A : temono B(e *supra* -o *scr.* B²) **71** uertententem B se P sectauere P **72** currat G **73** hac ut] -c *in ras.* P : hac qua *Schol. Hor. cod. Paris. lat. 7975 sicut coni. Heinrich* : hac ⟨qua⟩ ut *Britannicus* : hanc ut *Palmer* : hac ⟨quam⟩ ut *Thomas sicut iam Passowio placuerat* **75** uiri π **76** dama est] damasus α agosa V

uappa lippus et in tenui farragine mendax.
uerterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. papae! Marco spondente recusas
credere tu nummos? Marco sub iudice palles?
Marcus dixit, ita est. assigna, Marce, tabellas.
haec mera libertas, haec nobis pillea donant.
'an quisquam est alius liber, nisi ducere uitam
cui licet ut libuit? licet ut uolo uiuere: non sum
liberior Bruto?' mendose colligis, inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto,
haec reliqua accipio, 'licet' illud et 'ut uolo' tolle.
'uindicta postquam meus a praetore recessi,
cur mihi non liceat, iussit quodcumque uoluntas,
excepto siquid Masuri rubrica uetabit?'
Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna,
dum ueteres auias tibi de pulmone reuello.
non praetoris erat stultis dare tenuia rerum
officia atque usum rapidae permittere uitae:
sambucam citius caloni aptaueris alto.
stat contra Ratio et secretam garrit in aurem,
ne liceat facere id, quod quis uitiabit agendo.
publica lex hominum naturaque continet hoc fas,

79 *Isid. orig. 1,36,17; Iul. Tol. exc. GL suppl. CCXXXVIII 10* **81** *Isid. orig. 1,36,17; Iul. Tol. exc. GL suppl. CCXXXVIII 11* **88** *Prisc. GL II 583,12; III 166,18; 205,12; 365,8; Anecd. Helu. GL suppl. 296,14*; postquam ... recessi *Prisc. GL III 192,7*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

77 intenuit P **78** turbinis Pφ : temporis αNυFγ **79** pappae P recussas V : recuses S(L) **80** crederet unum mos P **82** haec *alt.* αXS : hoc πVFΓ donat P **84** cui libet X libuit αNυF : uoluit PΓS sum] sim Pγ **85** liberio P inquid PXF **87** haec reliqua] hoc reliqum P illut de tuo tolle P tollet V **90** expecto siquit P mansuri αVL(*sed* -n- *eras.*) uetabit *Heinrich* : uetauit *codd.* **92** cum φ auias] aulas P : sauias V : saias X : se abias α rebello (te- V) αυ **93** erit α tenua P **94** adque PV **96** gannit φ **97** id PΓS(M) : *om.* αNυFS(LU) quis uitiabit Lφ : q. uitiauit Ξ : quisque uitauit G **98** naturamque P

ut teneat uetitos inscitia debilis actus.
diluis elleborum, certo compescere puncto
nescius examen: uetat hoc natura medendi.
nauem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
frontem de rebus. tibi recto uiuere talo
ars dedit? et ueri specimen dinoscere calles,
nequa subaerato mendosum tinniat auro?
quaeque sequenda forent quaeque euitanda uicissim,
illa prius creta, mox haec carbone notasti?
es modicus uoti, presso lare, dulcis amicis?
iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes,
inque luto fixum possis transcendere nummum
nec gluttu sorbere saliuam Mercurialem?
'haec mea sunt, teneo,' cum uere dixeris, esto
liberque ac sapiens praetoribus ac Ioue dextro.
sin tu, cum fueris nostrae paulo ante farinae,
pelliculam ueterem retines et fronte politus
astutam uapido seruas sub pectore uulpem,

100 sq. diluis ... puncto ignarus(!) *Schol. Hor. epist. 2,1,114* **102 sqq.** nauem ... rebus *Schol. Hor. epist. 2,1,114* **103 sq.** clamabit(!) ... rebus *Schol. Lucan. ed. Web. 9,207*; frontem perisse de rebus *Schol. Hor. epist. 2,1,80* **105 sq.** et ... auro *Prisc. GL II 433,8* **106** *Prisc. GL II 450,5; III 463,3* **108** *Schol. Hor. sat. 2,3,246* **117** *Mar. Merc. subnot. 6,9*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

100 dilluis P **102** nauim φ perocintus α : perornatus P arcitor α **103** exclamat PX **104** rebi α uibere αV tallo (-l- *eras.* B) α **105** ueri specimen αNυFγ : ueris speciem P : ueri speciem φ *Prisc.* : ueri spe uen(di noscere) V, '*similitudinem ueritatis*' Σ **106** nequas uberato P subae□rato A : subaercto B(*corr.* B²) : sub aerato S(M) : sub errato S(R) tinnia tauro P oro α **107** quaeque euitanda Ξ : q. uitanda ΓS : et quae uitanda *dett.* **108** haec] hic γ notasse αF **109** es] et P praeso P **110** astringas] ut stringas *Leo* **111** transcedere αV **112** gluttu P : glut(t)o (glucto V) αNυFΓS(RLU) salibam P **115** nostro α **116** retinens (*ante* ueterem G) γ politus PVΓ : polita NXF : politas α **117** seruans πLS(LU) sub NVFΓS : in αPX *Mar.Merc.*

quae dederam supra, relego funemque reduco.
nil tibi concessit ratio; digitum exere, peccas,
et quid tam paruum est? sed nullo ture litabis,
haereat in stultis breuis ut semuncia recti.
haec miscere nefas nec, cum sis cetera fossor,
tris tantum ad numeros satyrum moueare Bathylli.
'liber ego' unde datum hoc sumis, tot subdite rebus?
an dominum ignoras nisi quem uindicta relaxat?
'i puer et strigiles Crispini ad balnea defer,'
si increpuit, 'cessas nugator?' seruitium acre
te nihil impellit nec quidquam extrinsecus intrat,
quod neruos agitet; sed si intus et in iecore aegro
nascuntur domini, qui tu impunitior exis
atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit erilis?
   Mane piger stertis. 'surge,' inquit Auaritia, 'eia,
surge.' negas. instat, 'surge,' inquit. 'non queo.' 'surge.'
'et quid agam?' 'rogat! en saperdas aduehe Ponto,
castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa;
tolle recens primus piper et sitiente camelo;

123 *Schol. Hor. epist. 2,2,125*   **127** cessas nugator *Schol. Hor. epist.2,2,14*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

118 relego Ξ : repeto ΓS(LU)   finemque αN   reduco] repono φ *uel nonnulli saltem eius stirpis codd.*   **119** dignum V   exerce α   **120** quidem paruulum V   **121** insultis BP   ut] et (*corr.* G^2) αγΣ(M)   semuntiat α : semyntia V : semiuntia G : semicintia L   **123** tres γ   numero P   satyrum αυ *sicut coni. Casaubonus* : satyri(-iri) πFΓΣ*Schol.Hor.*   bathilli(-ti-) NυFΓ : beatilli P : bathillo (*ex* -ach- *corr.* B^2) α   **124** sumis Pφ : sentis (-en- *in ras.* B) αNυFγS(RLU)   **125** relaxet G   **127** crepui□ N : increpui φ   nugut cor seruiuium α   **128** nec quidquam] ne q. αS(LU) : nequiquam S(RM)   **129** neruo sagittet V   in pectore P   **130** qui *recc.(fort. per coniecturam)* : quid αF : quin (*post corr.* N^2) πυΓ   tu *om.* A   inpunior V : inicior X(puni *supra add.*)   exsis *in ras.* P   **131** adque PV   stringilis P   scutica et] scytice et P : scutitet α : scuticae *Morgan*^{2} metus] meus V   **132** inquit] -id XF   heia αPυL   **133** *om.* V   instat] inquit S   inquit] -id XF : -is γ : instat S   **134** rogat S(LU) : rogas αPυFγΣ(MLU) : rogitas NS(R[*post* sap.])   saperdam *dett.*   **135** rubrica (-i- *in ras.* B^2) α   **136** et Ξ : e(x) Γ, '*nuper de camelo depositum*' Σ   camello αP

uerte aliquid; iura.' 'sed Iuppiter audiet.' 'eheu,
baro, regustatum digito terebrare salinum
contentus perages, si uiuere cum Ioue tendis.'
iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas.
ocius ad nauem! nihil obstat, quin trabe uasta
Aegaeum rapias, ni sollers Luxuria ante
seductum moneat: 'quo deinde, insane, ruis, quo?
quid tibi uis? calido sub pectore mascula bilis
intumuit, quam non extinxerit urna cicutae?
tu mare transilias? tibi torta cannabe fulto
cena sit in transtro, Veientanumque rubellum
exhalet uapida laesum pice sessilis obba?
quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto
nutrieras, pergant auidos sudare deunces?
indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
quod uiuis, cinis et manes et fabula fies;
uiue memor leti, fugit hora, hoc quod loquor inde est.'
en quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo.

147 Veientanumque rubellum *Porph. et schol. Hor. sat. 2,3,143* **151** indulge ... dulcia *Don. Ter. Ad. 591* **153** *Hier. epist. 127,6,2*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=XV) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

137 aliquit P iuras et P audiet αNυGφ : audiat PLS(U) : audit S(ML) eheu αΓS(M) : heheu F : heu πυS(RLU) **138** barore gustatum P : baroregustatum α uaro N[2](*corr. ex* -e) υFΓS **139** contemptus (com- G) XG **140** aptans G **141** octius α nauim N obstat πΓ : obstet αυF quin] qui in α : quin in F trabea P uastra α **142** nisi ΓS **143** moueat V insaner uis A **144** callido P : calcido X **145** quam PΓS(LU) : quod αNυF **146** tu απυ : tun Γ : tune F(*sed* -e *eras.*) tracilias α fulco (*corr.* A[2]) α **147** trastro PG ueientanumque αυS(M) *Porph. et schol.Hor.* : uellent- (*hoc est* ueiient-) P : ueiet- γ : uegent- NS(RLU[-que *om.* LU]) : ueget- F **148** uapidilesum B : uapidile sum A picem P cessilis α **149** quincimte α **150** nutrieras] nutrie V : *om.* α pergant … sudare X(o *supra* -ar- *scr.*) Gφ : pergant … sudore αL : stergant … sudore V : peragant … sudore NF : peragant … suadare P : pangant auido sudore *Hauthal* deunges P **151** carpamus] -mus *in ras.* P **153** locor α

huncine an hunc sequeris? subeas alternus oportet
ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.
nec tu, cum obstiteris semel instantique negaris
parere imperio, 'rupi iam uincula,' dicas;
nam et luctata canis nodum abripit, et tamen illi,
cum fugit, a collo trahitur pars longa catenae.
'Daue, cito, hoc credas iubeo, finire dolores
praeteritos meditor,' crudum Chaerestratus unguem
arrodens ait haec. 'an siccis dedecus obstem
cognatis? an rem patriam rumore sinistro
limen ad obscenum frangam, dum Chrysidis udas
ebrius ante fores extincta cum face canto?'
'euge puer, sapias, dis depellentibus agnam
percute.' 'sed censen, plorabit, Daue, relicta?'
'nugaris! solea, puer, obiurgabere rubra,
ne trepidare uelis atque artos rodere casses.
nunc ferus et uiolens; at si uocet, haut mora dicas:
"quidnam igitur faciam? nec nunc, cum accersor et ultro
supplicet, accedam?" si totus et integer illinc
exieras, nec nunc.' hic hic, quod quaerimus, hic est,
non in festuca, lictor quam iactat ineptus.

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=X[*def. a u. 172*]V) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

157 tu cum PVΓS : tuum α : cum tu NF : cum X instantibusque P(-bus- *exp.*) **158** rumpi γ **159** abripit] abrupit G : arrumpit P, '*nam licet et canis* (*et* om. Σ[R], *canis* om. Σ[LU]) *abrupto uinculo fugiat*' Σ et αNυF : at P : ast Γ : a. S(MLU) : ac *Jahn* ille G **160** fugita P traitur α **161** hoc] ut F **162** crudum] durum V chere stratus VG : cherestratur α **163** arrodens] ab- φ : at rodens α haec Ξ : hoc Γ **165** chrysidis P : chri- αXFG : chru- V : cri- NL **167** depellentibus] de pellentibus V : pellentibus αXF **168** censen PFφ : censem αNX(*ut uid.*) S(R) : cense V : cessen γ : cessem S(LU) ploravit dabere licta P **169** obiurgauere P **170** adque V radere cassas P **171** at] ad V : aut *ante corr.* P uocet] uoce et P haut] aut αF : aud X dices V **172** nec Ξ : ne Γ nunc *om.* V accersor NVF : accessor α : arcessat (or *supra* -at *scr.* L) Pγ : arcessor *dett.* **174** exieris NF nec nunc φ : ne nunc PF : nunc nunc αNV : ne tunc (nē nē *supra scr.* L) γ quod αPVγS(LU) : quem NFΣ **175** quam πΓS(LU) : quem αVF : qui S(R)

ius habet ille sui, palpo quem ducit hiantem
cretata Ambitio? 'uigila et cicer ingere large
rixanti populo, nostra ut Floralia possint
aprici meminisse senes: "quid pulchrius!"' at cum
Herodis uenere dies, unctaque fenestra
dispositae pinguem nebulam uomuere lucernae
portantes uiolas, rubrumque amplexa catinum
cauda natat thynni, tumet alba fidelia uino,
labra moues tacitus recutitaque sabbata palles.
tum nigri lemures ouoque pericula rupto,
tum grandes Galli et cum sistro lusca sacerdos
incussere deos inflantes corpora, si non
praedictum ter mane caput gustaueris alli.
   Dixeris haec inter uaricosos centuriones,
continuo crassum ridet Pulfennius ingens
et centum Graecos curto centusse licetur.

177 sq. uigila ... populo *Porph. Hor. sat. 2,3,182* **178 sq.** nostra ... senes *Seru. Aen. 5,128* **179** aprici ... senes *Seru. Aen. 2,202* **179 sq.** at ... dies *Schol. Hor. epist. 2,2,184* **181** *Seru. Aen.1,726; Isid. orig. 20,10,2; Hrab. Maur. uniuers. 22,10 (p.605B)* **191** *Prisc. GL III 410,19*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

176 quem] que α : ad quem V ducit] tollit P **177** citer α largo V : uulgo *Porph.* **178** ponsint α **179** cum] tum α **181** nebula P **183** nat α thynni tumet alba] tymnitum et a. P : thynnitum et a. α : thinnitu metalba V **184** recutit atque P : recutita quae V **185** nigrile mures (-e V) AVF periculo α **186** tum] hinc P grades α calli V luscra α **187** inflantes] infantis A^{2}V **188** alli] alit P : tilli α : alii V **190** pulfennius (phul- L) γ : pulfenius P : fulfemus α : pul uennius N : p. S : fulfennius Vφ : uulfennius F **191** curto] cureo α : uno *Prisc.* centusse licetur] centus selicetur V : centus seligetur α : centus eligetur P

SATVRA VI

Admouit iam bruma foco te, Basse, Sabino?
iamne lyra et tetrico uiuunt tibi pectine chordae?
mire opifex numeris ueterum primordia uocum
atque marem strepitum fidis intendisse Latinae,
mox iuuenes agitare iocos et pollice honesto
egregius lusisse senex. mihi nunc Ligus ora
intepet hibernatque meum mare, qua latus ingens
dant scopuli et multa litus se ualle receptat.
'Lunai portum, est operae, cognoscite, ciues.'
cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Maeonides Quintus pauone ex Pythagoreo.
hic ego securus uulgi et quid praeparet Auster
infelix pecori, securus et angulus ille
uicini nostro quia pinguior; etsi adeo omnes
ditescant orti peioribus, usque recusem

4 fidis ... Latinae *Char. GL I 69,20 (88,3 B.)* **5** mox ... iocos *Pomp. GL V 163,2*; tum(!) ... iocos *Seru. Aen. 1,306* **10** postquam ... esse *Prob. cath. GL IV 39,22* **10 sq.** *Prisc. GL II 537,12*; postquam ... Pythagoreo *Char. GL I 98,7 (124,19 B.)*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

ad cessium (cesium L) bassum (bassium *a corr.* Σ[R]) liricum (ly- Σ[R]) poetam γΣ(RLU) : ad cestum bassum lycurium (licyriym N) poetam π : cesium bassum lyricum persius alloquitur F : ode quinta α : ode quinta caesium bassum lyricum poetam alloquitur V

2 iam nec α lyre et iricae uiunt P chordae *om.* α **3** vocum] rerum P (uocum *add.*) **4** adque V mare V : matrem α **5** mox] tum *Seru.* pollicae P **6** egregius (aegrecius P, aegregius V, agregius α) … senex αPVL : egregios … senes NFϕ : egregius … senes G lusisse] iussisse αN(ius□s-) VF ligusyora α **7** intepet hibernatque] mite tepet uernatque *Housman*[1] hibernatque meum] hibetnatque m. α : hibernat quae m. V : hiberna quem eum P **8** litus *om.* V recepit γ **9** luni α portum] praetium P cognoscere P, '*ordo: o ciues, operae pretium* (*pretium operae* Σ[U]) *est, id est delectabile est, portum in modum lunae factum cognoscere*' Σ **10** destertuit] destituit G(-sti- *corr. e* -ster-) **11** quinto *Char.* pauonem αP **12** quid] quod π **14** uicini] -ni- *in ras.* P **15** orti FLϕS : horti αPV : □orti NG

curuus ob id minui senio aut cenare sine uncto
et signum in uapida naso tetigisse lagoena.
discrepet his alius. geminos, horoscope, uaro
producis genio: solis natalibus est qui
tinguat olus siccum muria uafer in calice empta,
ipse sacrum irrorans patinae piper; hic bona dente
grandia magnanimus peragit puer. utar ego, utar,
nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
nec tenues sollers turdarum nosse saliuas.
messe tenus propria uiue et granaria (fas est)
emole. quid metuis? occa, et seges altera in herba est.
'ast uocat officium: trabe rupta Bruttia saxa
prendit amicus inops remque omnem surdaque uota
condidit Ionio, iacet ipse in litore et una
ingentes de puppe dei, iamque obuia mergis
costa ratis lacerae.' nunc et de caespite uiuo
frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
caerulea in tabula. 'sed cenam funeris heres
negleget iratus, quod rem curtaueris; urnae
ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum

17 *Schol. Hor. epist. 2,2,134* **22** utar ego utar *Schol. Hor. epist. 2,2,190* **24** *Pomp. GL V 161,24*; turdarum *Explan. in Don. GL IV 494,22*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

16 curbus P ob id] obit (-id N) απV senio minui L cenare□ P(-s *eras.*) : cenarae V unto α *post 16 Iuu. 1,57* doctus et ad (*om.* G) calicem uigilanti stertere naso *legitur in* γ **18** uarro αV **19** ingenio P es P **20** calicce P epta *ut uid.* α **22** prandia L **23** rombos PΓS : scombros αNVF lautis α **24** nec] et *Pomp.* tenues (-is) … saliuas απVF : tenuem … salivam Γ turdarum πΓ *Explan. in Don. Pomp., commentatur* Σ : turdorum αVF **25** mese α **26** emole πLϕ : emule αG : aemule VF metuis αNVFGϕ : metuas PL **27** ast uocat] aduocat *Morgan*[1] ast] -st *in ras.* P[2] officum α **29** iouio α **30** deliamque P mergit AV : *non legitur* B **31** lacare P : lacera V **32** ne] nec S(LU) **34** rem *om.* α **35** hossa α inodora] inhonora α, '*aut* indora … *aut* inhonora' Σ dabit] da P cinnama] cinnema V : balsama F

seu ceraso peccent casiae, nescire paratus.
"tune bona incolumis minuas?"' et Bestius urguet
doctores Graios: 'ita fit; postquam sapere urbi
cum pipere et palmis uenit nostrum hoc maris expers,
fenisecae crasso uitiarunt unguine pultes.'
haec cinere ulterior metuas? at tu, meus heres,
quisquis eris, paulum a turba seductior audi.
o bone, num ignoras? missa est a Caesare laurus
insignem ob cladem Germanae pubis, et aris
frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma,
iam chlamydes regum, iam lutea gausapa uictis
essedaque ingentesque locat Caesonia Rhenos.
dis igitur genioque ducis centum paria ob res
egregie gestas induco. quis uetat? aude!
uae, nisi coniues: oleum artocreasque popello
largior. an prohibes? dic clare! 'non adeo,' inquis,
'exossatus ager iuxta est.' age, si mihi nulla
iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis

38 sq. postquam ... uenit *Lact. inst. 3,16,15* **46** *Prisc. GL II 333,6; 350,23* **50 sq.** uae ... largior *Prisc. GL II 479,9*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

36 ceras opicent αV : ceraso picent F castae P **37** et (P *ut uid.*) ΞγS(R) : sed P²φS(MLU) **39** piper αPV hoc nostrum F **40** fenisecae] -sec- FΓΣ : - saec- P : -sic- αVG(-i- *corr. in* e) crasso NFLφΣ : crassa αPVG **41** haec cinere] haec cineri de V : hic meride α at] an G **43** bone num] benum α **44** cladem] laudem P(l- *corr. e* c-) puppis G aeris V : a□ris N (-c- *eras.*) **45** ac iam] aciem V (*sed statim corr.*) : et iam FS(RLU) : iam GS(M) **46** clamides αNVG(*post corr.*) φS(R) *Prisc.* : -as (G *ante corr.*) PγS(LU) causapa P uictis αNF : captis P(ca- *in ras.*) VΓS *Prisc., fort. recte* **47** ingentesque] ingentes αV cesoriar hennus V : cesoniar□henos P caenosia G rhenus α **48** paria] patria α : *om.* P **49** egregia α induco] inluco F : inluto N **50** uae nisi] uae si S : uae tibi si N(*ante corr.*)G : ueni si αP(u- *in ras.*) conlues α oleum arto creasque PG : oleu marco creasque α papello P **51** largiar α prohiles B adeo α : audeo πVFΓS, '*non te* (om. Σ[LU]) *audeo prohibere quicquid uelis de hereditate tua ut* (*ut non* Σ[R]) *facias, quia non adeo* (*audeo* Σ[RM]) *ager plenus lapidibus longe est quibus me contradicentem* (*-e* Σ[M]) *obruas*' Σ **52** iusta P

nulla manet patrui, sterilis matertera uixit,
deque auia nihilum superest, accedo Bouillas
cliuumque ad Virbi: praesto est mihi Manius heres.
'progenies terrae?' quaere ex me, quis mihi quartus
sit pater: haut prompte, dicam tamen; adde etiam unum,
unum etiam: terrae est iam filius, et mihi ritu
Manius hic generis prope maior auunculus exit.
qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?
sum tibi Mercurius, uenio deus huc ego, ut ille
pingitur. an renuis? uis tu gaudere relictis?
'dest aliquid summae.' minui mihi, sed tibi totum est,
quidquid id est. ubi sit, fuge quaerere, quod mihi quondam
legarat Tadius, neu dicta: 'pone paterna,
fenoris accedat merces, hinc exime sumptus:
quid reliquum est?' reliquum? nunc nunc impensius ungue,
ungue, puer, caules. mihi festa luce coquetur
urtica et fissa fumosum sinciput aure,

70 et ... aure *Phoc. GL V 421,30; Ps. Prisc. GL III 526,9*

Ξ: α(=AB) π(=PN) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) φ | S(RMLU) Σ(RMLU)

54 patruis P **55** accedo bouillas] accede b. V : accedebo uillas α bobillas P : uouillas G(uo- *corr. e* bo-) **56** aduerbi P est *om.* γ manius G : mannius VFLφS(L)Σ : ma□□□□□ P : manni αN **57** progenien P quaere] que α **58** haut] aut PV : aud B(*corr.* B^2) tamen *om.* αVF **59** etiam si P iam] etiam LS et] est NVF ritum P : tecum αV **60** manius G : mannius αNVFLφS (RLU)Σ : ma□□□us P exstat P **61** est αV in decursum P : inde cursu V poscis αNVF : poscas PΓ **62** huc] hunc αV illi αV **63** pinguitur α renuis αNVG : rennuis PFLφS uis PγS : uin αNVF relictus α **64** des α **65** quidquid id est] huic quid idem G quondam *in initio insequentis uersus* P : condam V **66** legara B(*corr.* B^2) : legerat PF tadius] cadius α : stadius VF, '*a Tatio per legatum dimissum*' Σ neu] nec S(RM) : ne S(LU) dicta] dic ita *Housman*[1] pone αPVγS : repone F : □pone N : im-, oppone *nonnulli recc. e* φ *familia* **67** hinc] huic S(LU) **68** quid] quod G relicum *bis* P impensius πVF : inperisius (-uis B) α : iam pensius Γ ungue] angue αV : surge P **69** coquetur αN(*ante corr.*)VFLS(RLU) : coquatur (N *post corr.*) πGφ

ut tuus iste nepos olim satur anseris extis,
cum morosa uago singultiet inguine uena,
patriciae immeiat uuluae? mihi trama figurae
sit reliqua, ast illi tremat omento popa uenter?
Vende animam lucro, mercare atque excute sollers
omne latus mundi, nec sit praestantior alter
Cappadocas rigida pingues plausisse catasta,
rem duplica. 'feci; iam triplex, iam mihi quarto,
iam decies redit in rugam; depunge ubi sistam.'
inuentus, Chrysippe, tui finitor acerui!

73 matronae(!) ... uuluae *Prob. cath. GL IV 36,4* **73 sq.** mihi ... uenter *Seru. Aen. 3,483*

Ξ: α(=AB) π(=PN[*des. a u. 75*]) υ(=V) F | Γ: γ(=GL) ϕ | S(RMLU) Σ(RMLU)

71 tuus iste] tusista P : tuus hic αV saturans eris P **72** uagos ingultiet α : u. ingultet P **73** patriciae] matronae *Prob.* inmelat P uulne α figura *Seru.* **74** sit] est *Seru.* tremato mento P tremat] premat F : -a V popa uenter] pauentur α **75** mergare V adque P **76** nec αVFϕS(M) : ne Pγ, *commentatur* Σ : neu S(RLU) **77** plausisse P, *commentatur* Σ, '*legitur et* plausisse' Σ(R) : clausisse γ : pauisse αVFϕ catastas P **79** rugam] bulgam *Hartman* depunge αPVLS(RM) : depinge FGϕS(LU) **80** iuuentus αP

explicuit (-u- *del. m. rec.*) persius thebaidorum satura (-u- *corr. in* -y-) feliciter utere semper felix P : persi (persii A) flacci satyrarum explicit feliciter (feliciter *om.* A). uita eiusdem α, *sed omissa uita sequuntur choliambi* : persii flacci satyra explicit feliciter. incipit uita aulis persii flacci de commentario probi ualerii sublata V : finit persii liber flacci. explicit intortus per totum persius horcus F : explicit uersus de philomela L : *sine subscriptione* G

VITA AVLIS PERSI FLACCI
DE COMMENTARIO
PROBI VALERI SVBLATA

CONSPECTVS SIGLORVM

Ψ = consensus codicum HQMLV

H =	Guelferbytanus 79 Gudianus lat.	saec. XI
Q =	Monacensis Clm 14 498	saec. XI
M =	Monacensis Clm 23 577	saec. XI
L =	Leidensis bibl. publ. lat. 78	saec. X-XI
V =	Vaticanus Reginensis lat. 1560	saec. X

VITA PERSI

(1) Aules Persius Flaccus natus est pridie Non. Dec. Fabio Persico L. Vitellio coss., decessit VIII Kal. Dec. P. Mario Afinio Gallo coss.

(2) natus in Etruria Volaterris, eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis uiris coniunctus, decessit ad VIII miliarium uia Appia in praediis suis.

(3) pater eum Flaccus pupillum reliquit moriens annorum fere VI. Fuluia Sisennia mater nupsit postea Fusio equiti Romano et eum quoque extulit intra paucos annos.

(4) studuit Flaccus usque ad annum XII aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flauum. cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti, ita ut nusquam ab eo discederet, ⟨et⟩ inductus aliquatenus in philosophiam est.

(5) amicos habuit a prima adulescentia Caesium Bassum poetam et

NB: ll. 18sqq. (sed – faceret), 21-27 (usus – habente), 29-36 (pietatis – tarde), 39-43 (scripserat – coeperunt) V *deficit.*

incipit uita aulis (aules Q, a. H) persi (persii HQV) flacci de commentario probi ualeri (ualerii HQV) sublata HQLV : *sine titulo* M

2 uitellio V : uitellioque HQML decessit autem V publio *Lipsius* : rubrio QLV : rubio M : r. (*s. scr.* rubrio) H. *cf. PIR V2[2], 201* afinio *Buecheler[1]* : asinio QMLV : a. (*s. scr.* asinio) H. *cf. PIR. F[2], 73* gallio HV **3** natus est V uolaterris *Pithoeus* : uolterris HQML : uulterris V. *'Persius Flaccus satyricus poeta Volaterris nascitur' Hier. chron. a. Abr. 2050 (= 34 p. C. n.)* **6** flaccus *del. Buecheler[2]* fere *om.* V **6 sqq.** '*se ipsum Persius significat cessisse in Liguriae fines, uidelicet propter Fuluiam Sisenniam* (*sisennam* Σ[RL], *sisinniam* Σ[U]) *matrem suam, quae post mortem prioris uiri ibi nupta erat*' Σ *ad sat. 6,6* **7** sisennia HQ : sisenna MLV mater *codd. dett.* : *om.* Ψ fusio HQ : fuscio M : fuscia V : fusico L et] sed *Oudendorp* **9** studuit uero V flaccus *om.* M uolaterris *Pithoeus* : uolterris HQML : uulterris V **10** remium Q : r. (*s. scr.* remium) H **11** amicitia coepit uti HL : a. cepit u. QV : amicitiam cepit uatis M annii L : a. (*s. scr.* annii) H **12** numquam H discedere V et *add. Jahn[2]* : a quo *Pithoeus cum codd. dett.* **13** philosophiam] -a V **14** cesium L : cessium QV : cessuum M : c. (*s.scr.* cessium) H bassum H : bassium QMLV. '*hanc satiram scribit ad Cesium* (Σ[M], *Cessium* Σ[RLU]) *Bassum liricum poetam, quem fama est in praediis suis positum ardente Veseuo monte Campaniae et late ignibus abundante cum uilla sua ustum*' Σ *ad sat. 6,1*

Calpurnium Staturam, qui uiuo eo iuuenis decessit. coluit ut patrem Seruilium Nonianum. cognouit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum, aequaeuum auditorem Cornuti. nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae Stoicae, qui libros philosophiae reliquit. sed Lucanus mirabatur adeo scripta Flacci, ut uix se retineret, recitante eo, ⟨a⟩ clamore: illa esse uera poemata, quae ipse suo ludo faceret. sero cognouit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio. usus est apud Cornutum duorum conuictu doctissimorum et sanctissimorum uirorum acriter tunc philosophantium, Claudi Agathurni medici Lacedaemonii et Petroni Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent Cornuti, minor[es] ipse. idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

15 staturam] suram *Casaubonus* ut *om.* (*s. add.* H) Ψ **16** nomianum H : nonnianum QMLV. '*alloquitur Macrinum sane* (Σ[R], *sibi* Σ[M], *sicut* Σ[LU]) *hominem eruditum et paterno* (*patris* Σ[U]) *se affectu diligentem, qui in domo Seruili* (*-ii* Σ[R]) *didicerat, a quo agellum comparauerat indulto sibi pretio aliquantulo'* Σ *ad sat. 2,1* annaeum] a. (*s. scr.* anneum) H **17** aequeuum HQ : aeque tum MV : equitum L tragicus] grammaticus *Martini* **17 sq.** nam – sed *secl. Bergk* cornuto i. t. traditus f. s. Stoicae philosopho cui l. r. *Némethy* sectae fuit H **18** stoicae *Pithoeus* : poeticae Ψ **19** se *add.*H recitante eo *Buecheler*[1] : recitantem *codd.* : illo recitante *Pithoeus* a *add. Pithoeus* *clamare* Leo **19 sq.** illa esse uera poemata quae ipse suo ludo faceret *Jahn*[1] : quae illa ipsa uera esse poemata suo ludo faceret H : quae ille esse uera poemata suo ludo faceret Q : quae illa esse uera ipsa poemata solutum facere M : quae illa esse uera ipsa poemata ipse luto facere L : quin illa [esse] uera poemata diceret etsi ipse sua ludos faceret *Jahn*[3] : quin illa esse uera poemata sua ludos diceret *Buecheler*[1] : quae ille faceret esse uera poemata sua ludos *Leo* : quae illius essent uera esse poemata se ludos facere *Clausen* (se ludos facere *iam Villeneuve*) **22** tum M **23** claudii QL : c. (*s. scr.* claudii) H agathurni *Buecheler*[1] : agaterni *Pithoeus* : agathemeri *Reinesius* : agathini *Osann* : agaturrini (-rrh- L, -r- Q) Ψ et *om.* ML petronii Q : pet. (*s. scr.* petroni *ut uid.*) H aristocratis *Pithoeus* : aristote gratis Ψ **25** minor ipse *Buecheler*[1] : minores i. Ψ, *def. Oudendorp, qui* Mart. Cap. 5, 434 suos minores … respectans *laudato* minores. i. *interpunxit* : minores et ipsi *Jahn*[2] : minor eis ipse *Albini* idem] etiam *Pithoeus* : idem etiam *Jahn*[2] a paeto *Lipsius* : apeti LQ(*corr. in* apud) : apetit M : apud H thraseam HQ **26** arriam] arriani Ψ

(6) fuit morum lenissimorum, uerecundiae uirginalis, famae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi, pudicus.

(7) reliquit circa HS uicies matri et sorori. scriptis tantum ad matrem codicillis Cornuto rogauit ut daret HS XX, ut quidam, C, ut alii uolunt, et argenti facti pondo uiginti et libros circa septingentos Chrysippi siue bibliothecam suam omnem. uerum Cornutus sublatis libris pecuniam sorori eius [quas heredes frater fecerat] reliquit.

(8) scriptitauit et raro et tarde; hunc ipsum librum imperfectum reliquit. uersus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leuiter contraxit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edendum. scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam †uescio† et †opericon† librum unum et paucos [sororum Thraseae] in Arriam matrem uersus, quae se ante uirum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri

28 fuit lenis non morum M famae Ψ : formae *codd. dett.* **29 sq.** fuit – pudicus *secl. Leo* **31** sestertias (*sed* -s *eras.* M) Ψ **32** cornutum Q sestertia *Pithoeus* : sestertias (*sed* -s *eras.*M) Ψ XX, ut quidam, C, ut alii uolunt *scripsi* : ut quidam, C, ut alii uolunt, ⟨…⟩ *Jahn*[3] : ut quidam ⟨dicunt⟩, C, ut alii [uolunt], ⟨L⟩ *Buecheler*[1] : XX aut, ut quidam, C; ut alii uolunt *Clausen* uicies HQ : *om.* ML centum *Casaubonus* : centies Ψ ut L : ut aut H : aut ut Q : et M **32-35** ut alii – reliquit *hac posterius accessisse suspicatus est Clausen* **33** pondo ML : pondera HQ chrysippi *om. Ernesti, secl. Jahn*[1] **34 sq.** uerum … reliquit *supposita iudicauit Oudendorp* cornutus … pecuniam … reliquit *Pithoeus* : a cornuto … pecunia … relicta est *Buecheler*[1] : a cornuto … pecuniam … reliquit Ψ **35** sorori eius *Mariotti* : sororibus *codd.* sororibus – fecerat *secl. Jahn*[3], *sententiam relatiuam del. Mariotti* herede M **36** scriptitauit *Buecheler*[1] *cum codd. dett.* : et s. HQ : *om.* ML imperfecte V **37** libro H : libri Q(*ut uid.*), *Pithoeus* : ibi MLV ut ML : et HQV finitus Q : finitum HLV : ibi finitum M esse M **38** contraxit HM: contra□et Q : contractauit LV : correxit *Jahn*[1] *cum cod. Laur. 37.20* : retractauit *Bouhier* : retraxit *Oudendorp* cesio V : cessio HQML bassio M ipsi cederet *Jahn*[1] : ipse cederet H : ipse ederet QMLV **39** uescio *codd., def. Mazzarino* : restio *Heinrich* : uescia *Hertz* : decius *Düntzer* : nasica *Preller* : ueios *Mariotti* **40** opericon *codd.* : ὁδοιπορικῶν *Pithoeus* sororum thraseae (-iae Ψ) *secl. Clausen* : in socrum thraseae *Casaubonus, sed glos-sae, ut apparet, non textui opitulatus : recepta Casauboni emendatione* in arriam matrem *del. Jahn*[1]

eius ut aboleret. editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt.

(9) decessit autem uitio stomachi anno aetatis XXX.

(10) sed mox ut a schola magistrisque diuertit, lecto Lucili libro decimo uehementer saturas componere instituit. cuius libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detrectaturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem inculpauerit. cuius uersus in Neronem cum ita se haberet: 'auriculas asini Mida rex habet', in eum modum a Cornuto, ipse tantummodo, est emendatus: 'auriculas asini quis non habet?' ne hoc in se Nero dictum arbitraretur.

42 aboleret *editio Veneta a. 1499* : abhorreret HQ : aborteret L : abortes et M **44-52** decessit – arbitraretur *secl. Heinrich* **44** XXX *codd.* : XXIX *Casaubonus* : XXVIII (=XIIX) *Bouhier. 'Persius moritur anno aetatis XXVIIII' Hier. chron. a. Abr. 2078 (= 62 p. C. n.)* **45** lucilii Ψ **46** imitatus] mutatus M **47** detrectaturus QV : detracturus H : detractatus L : detractus M **48** et oratorum *om.* V illius temporis principem HMLV : principem illius temporis Q : *om. Pithoeus* **49-52** *cf.* Σ *ad sat. 1,121 (cit. ad loc.)* **49** uersus *om.* M haberet H : haberent QMLV **50** eum] hunc *Pithoeus* **50 sq.** ipse tantummodo est emendatus QMLV : ipse emendatus est tantummodo H : ipso tantum nomine mutato est emendatus *Buecheler*[1] **51** ductum LQ

explicat uita persi flacci L : *sine subscriptione* HQMV

APPENDICES

INDEX NOMINVM

Accius *L. A., poeta tragicus* 1,76
Aegaeus: -um *mare* 5,142
Alcibiades (magni pupillus Pericli) 4,3
Ambitio *prosopopoeia* 5,177
Anticyra: -ae *oppida Graeca ob ellebori culturam clara* 4,16
Antiopa *Nyctei filia* 1,78
Appenninus *mons* 1,95
Apulus: -a canis 1,60
Arcadia 3,9
Arcesilas *philosophus* 3,79
Aristophanes (praegrandis senex) 1,124
Arretium *oppidum Etruriae* 1,130
Attis *Cybeles sacerdos* 1,93; 105
Attius *A. Labeo, poeta insulsus* 1,50; *u.* Labeo
Auaritia *prosopopoeia* 5,132
Auster *uentus* 6,12

Bassaris *Baccha* 1,101
Bassus *Caesius B., poeta lyricus et Persi amicus* 6,1
Bathyllus *pantomimus* 5,123
Baucis *quaedam anus inops* 4,21
Berecyntus *Phrygiae mons*
  Berecyntius Attis 1,93
Bestius *quidam homo pusilli animi* 6,37
Bouillae *oppidum Latii* 6,55
Brisaeus *cognomen Bacchi*
  Brisaeus Accius 1,76
Bruttius: -a saxa 6,27
Brutus *L. Iunius B., rei p.R. conditor* 5,85

Caesar *C. Iulius C. (Caligula)* 6,43
Caesonia *Caligulae uxor* 6,47
Calaber: -brum uellus 2,65
Callirhoe *quaedam meretrix* 1,134
Camena *Musa* 5,21; *u.* Musa, Heliconiades
Cappadox: -oces 6,77
Cato *M. Porcius C. (Uticensis)* 3,45
Chaerestratus *iuuenis in Menandri Eunucho* 5,162
Chrysippus *philosophus Stoicus* 6,80
Chrysis *meretrix in Menandri Eunucho* 5,165
Cleanthes *philosophus Stoicus*
  Cleanthea frux 5,64
Cornutus *L. Annaeus C., philosophus Stoicus et Persi amicus* 5,23; 37
Cos *insula*
  Coa *uina* 5,135
Crassus *M. Licinius C. Diues* 2,36
Craterus *medicus* 3,65
Cratinus *poeta comicus* 1,123
Crispinus *quidam balneorum possessor* 5,126
Cures *oppidum Sabinorum* 4,26

Dama *quidam seruus* 5,76; 79; *u.* Marcus
Dauus *Chaerestrati seruus in Menandri Eunucho* 5,161; 168
Dinomache *Alcibiadis mater* 4,20

Ennius *Q. E., poeta* 6,10; *u.* Quintus
Ergenna *quidam haruspex* 2,26
Eupolis *poeta comicus* 1,124

Falernus: -um *uinum* 3,3

Flaccus *Q. Horatius F., poeta* 1,116
Floralia *dies festi Florae deae* 5,178

Galli *Cybeles spadones* 5,186
Gemini *sidus* 5,49
Germanus: -a pubes 6,44
Glycon *histrio insulsus* 5,9
Graecus: -e (*adu.*) 1,70; -i 5,191
Graius: -i 1,127; -i doctores 6,38

Helicon *Musarum mons* 5,7
Heliconiades *Musae* chol. 4; *u.* Camena, Musa
Hercules 2,12
Herodes *rex Iudaeorum* 5,180
Hypsipyle *Thoantis filia* 1,34

Ianus 1,58
Ilias *carmen epicum* 1,50; 123
Ionius: -um *mare* 6,29
Italus: -us honor 1,129; -ae merces 5,54
Iuppiter 2,18; 21 sqq.; 29; 40; 43; 5,50; 114; 137; 139

Labeo *Attius L., poeta* 1,4; *u.* Attius
Lar: -es 5,31
Latinus: -a fides 6,4
Libra *sidus* 5,47
Licinus *Caesaris libertus* 2,36
Ligus: -us ora 6,6
Lucifer *sidus* 5,103
Lucilius *C. L., poeta satiricus* 1,114
Luna *oppidum Etruriae* 6,9
Lupus *L. Cornelius Lentulus L., cos. 156* 1,115
Luxuria *prosopopoeia* 5,142

Macrinus *Persi amicus* 2,1
Maenas *Baccha* 1,101; 105
Maeonides *Maeonis filius, i.e. Homerus* 6,11
Manius *quidam mendicus* 6,56; 60
Marcus 5,79 sqq.; *u.* Dama
Marsus: -us cliens 3,75
Masurius *M. Sabinus, iurisconsultus* 5,90
Medus: -i 3,53
Melicerta *Athamantis filius, deus marinus* 5,103
Mercurius 2,44; 6,62
Mercurialis saliua 5,112
Messala *M. Valerius M. Coruinus, cos.31 a.C.n.* 2,72
Messalinus (magni Messalae lippa propago) M. Aurelius Cotta Maximus M., cos.20 p.C.n. 2,72
Mimallones *Bacchae*
Mimallonei bombi 1,99
Mucius *Q. Mucius Scaeuola Augur, cos. 117* 1,115
Musa 1,68; *u.* Camena, Heliconiades
Mycenae *Peloponnesi oppidum* 5,17

Natta *homo sordidus* 3,31
Nereus *Oceani filius, deus marinus* 1,94
Nerius *quidam homo dotibus locupletatus* 2,14
Numa *N. Pompilius, rex Romanorum* 2,59

Orestes *Agamemnonis filius* 3,118

Pacuuius *M. P., poeta tragicus* 1,77
Palilia *Palis deae festum* 1,72
Parca 5,48
Parnasus *mons* chol. 2
Parthus 5,4
Pedius *P. Blaesus, homo ambitione corruptus* 1,85
Pegasus *equus ales*
Pegaseium nectar chol.14
Pericles *Xanthippi filius* 4,3
Phyllis *Sithonis filia* 1,34
Pirene *fons Musarum* chol. 4
Polydamas *Panthoi filius, uir maximi consilii* 1,4

Pontus *mare* 5,134
Procne *Pandionis filia* 5,8
Publius 5,74
Pulfennius *centurio* 5,190
Pythagoras *philosophus*
Pythagoreus pauo 6,11; *u.* Samius

Quintius *L. Q. Cincinnatus, dict. 458* 1,73
Quintus *Q. Ennius, poeta* 6,11; *u.* Ennius
Quiris *ciuis Romanus* 5,75; -rites 3,106; 4,8

Ratio *prosopopoeia* 5,96
Remus *Romuli frater* 1,73
Rhenus *fluuius* 6,47
Roma 1,5; 8
Romulus *rex Romanorum* 1,87
Romulides: -ae 1,31

Sabinus: -us focus 6,1
Samos *Pythagorae patria*
Samii rami 3,56; *u.* Pythagoreus
Saturnus 5,50
Saturnia aera 2,59
Siculus: -i iuuenci 3,39
Socrates (barbatus magister) 4,1
Socraticus: -us sinus 5,37
Solon: -ones *philosophi Solonis consimiles* 3,79
Staius *iudex improbus* 2,19; 22
Stoicus 5,86
Subura *regio Romae* 5,32
Surrentum *oppidum Campaniae*
Surrentina *uina* 3,93

Tadius *quidam testator* 6,66
Thyestes *Atrei frater* 5,8
Tiberinus: -us gurges 2,15
Titus 1,20
Troiades *mulieres Troianae* 1,4
Tuscus: -um fictile 2,60; -um stemma 3,28

Veii *oppidum Tuscum*
Veientanum *uinum* 5,147
Velina *tribus* 5,73
Venus 2,70
Vestalis *uirgo Vestae*
Vestales urnae 2,60
Vettidius *quidam homo auarissimus* 4,25
Virbius *deus Ariciae cultus* 6,56
Vmber: -bri 3,74

VETERA IVDICIA

Quintilianus, Institutio oratoria 10,1,94:
Multum et uerae gloriae quamuis uno libro Persius meruit.

Martialis, Epigrammata 4,29,7 sq.:

Saepius in libro numeratur Persius uno
quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Iohannes Lydus, De magistratibus populi Romani 1,41:
Πέρσιος δὲ τὸν ποιητὴν Σώφρονα μιμήσασθαι θέλων τὸ Λυκόφρονος παρῆλθεν ἀμαυρόν.

TABVLA CODICVM

quos inspexi, sed ut deteriores contemnendos putaui

Amstelodamensis I. D. 2 (78), saec. XII–XIII, ff. 25^{v}–29^{v} : chol. et sat.
Antuerpiensis mus. Plantini Moretique M.82 (66), saec. XI, ff. 36^{v}–48^{r} : chol. et sat.
Bernensis A 92, saec. X, f. 1^{r-v} : sat. 6,61–80.
Bernensis 398, saec. XII, ff. 55^{r}–65^{r} : chol. et sat.
Bernensis B 539,saec. XI, pp. 17–18: sat. 6,10–59.
Bernensis 542, saec. XI, ff. 1^{r}–10^{v} : sat. 2,46–6,80.
Bernensis 648, saec. XII–XIII, ff. 1^{r}–10^{v} : chol. et sat.
Berolinensis lat. qu. 310, saec. XI, f. 1^{r-v} : sat. 4,44–5,7 et 5,17–33.
Cantabrigiensis coll. Pembrochiani 113, saec. XII–XIII, ff. 37^{r}–42^{v} : chol. et sat. 1,1–2,7; 4,43–6,80.
Cantabrigiensis coll. ss. Trinitatis O.3.57 (1229), saec. XII, ff. 69^{v}–77^{r} : chol. et sat.
Cantabrigiensis coll. ss. Trinitatis O.4.10 (1241), saec. X, ff. 94^{v}–110^{v} : chol. et sat.[1]
Edinburgensis Adu. 18.6.12, saec. XI–XII, ff. 1^{r}–14^{r} : chol. et sat. 1,1–3,104; 4,34–6,80.
Einsidlensis 365 (Ms. 220), saec. X–XI, pp. 19–22: sat. 3,25–33; 3,43–51; 5,104–139.
Florentinus Laurentianus Plut. 34.21, saec. XI–XII, ff. 18^{r}–20^{r} : sat. 5,108–6,80.
Florentinus Laurentianus Plut. 34.25, saec. XII, ff. 45^{r}–52^{v} : chol. et sat.
Florentinus Laurentianus Plut. 68.24, saec. XI, ff. 74^{v}–86^{r} : chol. et sat.
Florentinus Riccardianus 701, saec. XII–XIII, ff. 1^{r}–16^{r} : chol. et sat.
Geneuensis Bodmerianus 129, saec. XII, ff. 1^{r}–12^{r} : chol. et sat.
Gissensis NF 505, saec. X, ff. 1^{r}–2^{v} : sat. 1,8–31 et 2,11–47 (uersus aut in principio aut in fine mutilati sunt).
Haruardensis bibl. Houghtonianae Ms. lat. 336, saec. XII, ff. 1^{r}–18^{r} : chol. et sat.
Hauniensis Gl. Kgl. S. 2028 qu., saec. XI, ff. 1^{r}–24^{r} : chol. et sat.
Leidensis bibl. publ. lat. 1925, saec. XII–XIII, ff. 97^{r}–104^{r} : sat. 1,40–4,48; 5,55–118; 6,58–80.
Leidensis Vossianus lat. Q. 13, saec. XII–XIII, ff. 46^{r}–52^{v} : chol. et sat.
Leidensis Vossianus lat. Q. 18, saec. X, ff. 69^{r}–90^{r} : chol. et sat.
Leidensis Vossianus lat. Q. 33, saec. X, ff. 60^{r}–61^{v} : chol. et sat. 1,1–59.
Londinensis mus. Brit. Addit. 11 672, saec. XII, ff. 24^{v}–34^{r} : chol. et sat.
Londinensis mus. Brit. Addit. 15 601, saec. XI, ff. 60^{v}–70^{r} : chol. et sat.
Londinensis mus. Brit. Regius 15 B xix, saec. X, ff. 111^{r}–124^{v} : chol. et sat.

[1] Cf. G. R. Scott, Persius mss., CR 4, 1890, 241–247.

Monacensis Clm 330, saec. X, ff. 60^{v}–75^{r} : chol. et sat.
Monacensis Clm 19 477-I, saec. XII, ff. 1^{r}–13^{r} : chol. et sat.
Monacensis Clm 19 477-II, saec. XII, ff. 14^{r}–25^{v} : chol. et sat.
Monacensis Clm 19 478, saec. XII, ff. 1^{r}–9^{v} : chol. et sat.
Monacensis Clm 19 489, saec. XII, pp. 65–87 : chol. et sat.
Monacensis Clm 19 490, saec. XI–XII, ff. 1^{v}–21^{v} : chol. et sat.
Monacensis Clm 23 577, saec. XI, ff. 82^{v}–94^{v} : chol. et sat. 1,1–4,48; 5,164–6,80.
Monacensis Clm 29 210(1., saec. XI–XII, f. 1^{r-v} : sat. 1,62–113.
Ottoburanus O 79 (65 VIII), saec. XII–XIII, ff. 1^{r}–8^{v} : chol. et sat.[2]
Oxoniensis Bodleianus Auct. F.1.15, saec. XI, ff. 79^{r}–92^{r} : chol. et sat.[3]
Oxoniensis Bodleianus Auct. F.2.14, saec. XI, ff. 68^{r}–77^{r} : chol. et sat.
Oxoniensis coll. Corp. Christi 57, saec. XII, ff. 64^{r}–75^{r} : chol. et sat.
Parisinus lat. 3110, saec. XI, ff. 47^{r}–50^{v} : chol. et sat.
Parisinus lat. 6487, saec. XI, ff. 22^{r}–23^{r} : chol. et sat. 1,1–101.
Parisinus lat. 8048, saec. XI, ff. 1^{v}–14^{v} : chol. et sat.
Parisinus lat. 8055, saec. X–XI, pp. 141–169 : chol. et sat.
Parisinus lat. 8070, saec. XI, ff. 131^{r}–141^{v} : chol. et sat.
Parisinus lat. 9345, saec. X, ff. 95^{r}–104^{v} : chol. et sat.
Parisinus lat. 11 312, saec. XII, ff. 109^{v}–122^{v} : chol. et sat.
Parisinus lat. 11 323, saec. XII, ff. 2^{r}–15^{r} : chol. et sat.
Pragensis bibl. cast. Křivoklát I d 31 (olim Fuerstenbergensis 119), saec. X, ff. 1^{r}–32^{v} : chol. et sat.
Tornacensis, olim Sancti Gisleni (fort. perditus: sed cf. E. Remy, Un manuscrit du poète Perse, in: Mélanges d'histoire offerts à Ch. Moeller, I, Antiquité et Moyen âge, Louvain 1914, 37–49), saec. XI et XII : chol. et sat.
Treuirensis 1088 (28), saec. XI, ff. 102^{v}–117^{r} : chol. et sat.
Treuirensis 1089 (26), saec. X, ff. 86^{r}–96^{r} : chol. et sat. 1,1–75; 3,50–6,80.[4]
Valentianensis bibl. man. 410 (392), saec. XI, ff. 60^{v}–70^{r} : chol. et sat. 1,1–6,7; 6,72–80.[5]
Valentianensis bibl. mun. 970 (711), saec. XI–XII, ff. 1^{v}–11^{v} : chol. et sat.

---

[2]Cf. M. Zillober, Eine neue Handschrift der sechs Satiren des Aulus Persius Flaccus, Gymn.-Progr. Augsburg 1862. Valde errat Scarcia Piacentini (cf. praef., adn. 30), 67, quae huic codici notam 'non identificato' ascripsit.

[3]Cf. G. R. Scott, l.l. et eundem, The Bodleian ms. of Persius, sat. III, ibid. 17–19.

[4]Cf. A. Dal Zotto, Sopra un codice di Persio esistente a Treviri, SIFC 14, 1906, 105–108.

[5]Cf. S. G. Owen, Mss. of Persius and Juvenal at Valenciennes, CQ 6, 1912, 21–34.

Vaticanus Palatinus lat. 1710-II, saec. XI, ff. 16^{v}–23^{v} : chol. et sat. 1,1–4,28.[6]
Vaticanus Reginensis lat. 1424, saec. XI, ff. 60^{v}–80^{r} : chol. et sat.[7]
Vaticanus Reginensis lat. 1562, saec. X–XI, ff. 2^{r}–17^{r} : chol. et sat.[8]
Vaticanus Reginensis lat. 2029, saec. X–XI, f. 63^{v} : chol.
Vaticanus lat. 3259, saec. XII, ff. 102^{v}–110^{v} : chol. et sat.1,1–6,54.
Vaticanus lat. 3305, saec. XI, ff. 1^{r} et 4^{r}–8^{r} : chol. et sat.
Vaticanus lat. 5183, saec. XII, ff. 141^{v}–151^{r} : chol. et sat. 1,1–65; 1,123–3,23; 3,80–6,80.
Vindobonensis 131, saec. X, ff. II^{v}–15^{r} : chol. et sat.[9]

---

[6] Cf. V. M. Lagorio, The second Persius manuscript in codex Vat. Pal. Lat. 1710, CB 52, 1975–1976, 10–12.

[7] Cf. D. M. Robathan, Two unreported Persius manuscripts, CPh 26, 1931, 284–301.

[8] Cf. D. M. Robathan, l.l.

[9] Cf. A. Goebel, Über eine Wiener Persius-handschrift s. X mit glossen und scholien, Philologus 14, 1859, 170–180 et 379–387.

THESAVRVS CONIECTVRARVM[1]

a) Saturae

Barth [1]	= C.Barthi Adversariorum commentariorum libri LX, Francofurti 1624 (3,66 [XLII 5])
* Barth [2]	= Adversariorum commentariorum C.Barthii libri 147-179, ms. in bibl. reg. Hauniensi conservatum (sig. NKS 352 2°) (1,60 [CLI 22])
Britannicus	= Ioannis Britannici Brixiani commentarii in Persium ad senatum populumque Brixianum [1481], Brixiae 1494 (5,73)
Cartault	= A.Cartault, Corrections sur le texte de Perse, RPh 44, 1920, 284-288 (1,46; 67)
Casaubonus	= Auli Persi Flacci Satirarum liber. I.Casaubonus recensuit et commentario libro illustravit, Parisiis 1605 (3,29; 5,40; 43; 123)
Hartman	= J.J.Hartman, Ad Persii saturae VI vs. 79, Mnemosyne 41, 1913, 232 (6,79)
Hauthal	= F.Hauthal, Beiträge zur Geschichte, Verbesserung, Feststellung und Erklärung des Textes der Satiren des Persius: zwei Theile, I, Leipzig 1837 (5,150 [p.437 sq.])
Heinrich	= Des Aulus Persius Flaccus Satiren, berichtigt und erklaert von C.F.Heinrich, Leipzig 1844 (3,29; 4,24; 5,73; 90)
Hildebrand	= L. Apuleii opera omnia rec. G.F.Hildebrand, Pars I, prolegomena et metamorphoseon libros continens, Lipsiae 1842 (1,18 [ad met.3,14])
Housman [1]	= A.E.Housman, Notes on Persius, CQ 7, 1913, 12-32 (6,7; 66)
Housman [2]	= A.E.Housman, Praefanda, Hermes 66, 1931, 406 (4,36)
Jahn	= Auli Persii Flacci Satirarum liber cum scholiis antiquis edidit O.Jahn, Lipsiae 1843 (= Hildesheim 1967) (2,48; 5,159)
Kißel	= Aules Persius Flaccus, Satiren. Herausgegeben, übersetzt und kommentiert von W.Kißel, Heidelberg 1990 (1,73)
Koenig	= Commentarius perpetuus in A. Persii Flacci satiras VI conscriptus a G.L.Koenig, Gottingae 1803 (1,39)

[1] Asterisco libros signaui, quos ipse non uidi.

Leo = F.Leo, Zum Text des Persius und Iuvenal, Hermes 45, 1910, 43-56 (5,110)

* Lubinus = Auli Persii Flacci ... satyrae VI. Ita illustratae ut a quovis facile intelligi possint, commentariis E. Lubini, Amstelredami 1595 (1,52)

Madvig = J.N.Madvig, Adversaria critica ad scriptores Graecos et Latinos, uol. II: Emendationes Latinae, Hauniae 1873 (1,23 [p.128 sq.])

Markland = P. Papinii Statii libri quinque Silvarum rec. et notas atque emendationes adjecit J. Marklandus, Dresdae 1827 (1,13 [ad silu. 4,5,67]; 2,63 [ad silu. 3,1,82]; 5,65 [ad silu. 5,2,58])

Mitscherlich = Q. Horatii Flacci opera, ill. Ch. Gu. Mitscherlich, tom. I [Lipsiae 1800], Reutlingae 1815 (5,50 [ad carm. 2,17,22])

Morgan [1] = M.H.Morgan, Notes on Persius, CR 3, 1889, 10-11 (6,27)

Morgan [2] = J.D.Morgan, Persius 5.129-131, CQ 38, 1988, 567-568 (5,131)

* Nebrissensis = Aelii Anthonii Nebrissensis ... in A.Persium Flaccum poetam satyricum interpretatio, Hispali 1503 (chol. 14)

Ovink = Adversaria ad Persii prologum et satiram primam specimen literarium inaugurale scripsit B.J.H.Ovink, Lugduni Batavorum 1886 (1,70 sq. [p.46 sq.])

Palmer = A.Palmer, Miscellanea critica: Persius, Hermathena 8 (=17-19), 1892, 195-197 (5,73)

Passow = F.Passow, Aules Persius Flaccus. Erster Theil: Text und Uebersetzung. Ueber das Leben und die Schriften des Persius. Anmerkungen zur ersten Satire, Leipzig 1809 (5,73)

Richter = W.Richter, Varia Persiana. Beobachtungen zu den Satiren 4 und 6, WS 78, 1965, 139-175 (4,36 [p.153 sq.])

Sandford = P.Sandford, Pers. S. iii 39-42, CR 4, 1890, 319-320 (3,41)

Scaliger u. Pithoeus (infra s. lemm. 'Vita')

Scoppa = L.J.Scoppa, Collectanea in diversos auctores, cum nonnullis aliis, tum ab antiquisque recentioribus nondum intellectis [Parisiis 1521], in: Lampas, sive fax artium liberalium, hoc est Thesaurus criticus, tomus I, foras prodire iussus a I.Grutero, Francofurti 1602 (1,46 [lib.II, cap.XII, p.957]; 76 [lib.I, cap.XXXIV, p.945 sq.])

Stanwell = H.B.Stanwell, Persius, Sat. III.29, CR 2, 1888, 85 (3,29)

Thomas = P.Thomas, Observationes ad scriptores Latinos: Ad Persium, Mnemosyne 49, 1921, 33-41 (3,29; 5,73)

b) Vita

* Albini	=	A.Persii Flacci saturarum liber, con introduzione e commento di G.Albini, Torino 1907
Bergk	=	Th.Bergk, Anecdoton Parisinum, Ztschr. f. d. Alterthumswiss.3, 1845, 81-88; 109-131 (p.125)
Bouhier	=	J.J.Breitingeri ... Exercitatio critica in vitam A. Persii Fl., in: Amoenitates literariae 10, Francoforti 1729, 1103-1132; in additamento: J.Bouhier (Buherius), Remarques sur la dissertation critique in Vitam A. Persii Flacci, ibid. 1133-1146
Buecheler[1]	=	A. Persii Flacci, D. Iunii Iuvenalis, Sulpiciae saturae rec. O.Jahn, editio altera curam agente F.Buecheler, Berolini 1886
Buecheler[2]	=	A. Persii Flacci, D. Iunii Iuvenalis, Sulpiciae saturae rec. O.Jahn, ed. tertia, curam egit F.Buecheler, Berolini 1893
Casaubonus	=	u. supra (s. lemm. 'Saturae')
Clausen	=	A. Persi Flacci saturarum liber, accedit vita, ed. W.V.Clausen, Oxford 1956
Düntzer	=	Henrici Düntzeri Symbolae Attianae, Ztschr. f. d. Alterthumswiss. 6, 1839, 292-296; 409-419 (p.409)
Ernesti	=	Caius Suetonius Tranquillus cum animadversionibus J.A.Ernesti, Lipsiae 1748 (pp.530 sqq.)
Heinrich	=	u. supra (s. lemm. 'Saturae')
Hertz	=	M.Hertz, Ein philologisch klinischer Streifzug, Berlin 1849 (pp.25-29)
Jahn[1]	=	u. supra (s. lemm. 'Saturae')
Jahn[2]	=	A. Persii Flacci satirarum liber rec. O.Jahn, Lipsiae 1851
Jahn[3]	=	A. Persii Flacci, D. Iunii Iuvenalis, Sulpiciae saturae, rec. O.Jahn, Berolini 1868
Leo	=	A. Persii Flacci, D. Iunii Iuvenalis, Sulpiciae saturae rec. O.Jahn, post F.Buecheleri iteratas curas editionem quartam cur. F.Leo, Berolini 1910
Lipsius	=	C. Corneli Taciti opera quae exstant. Iustus Lipsius postremum recensuit. Additi commentarii aucti emendatique ab ultima manu ..., Antuerpiae 1607 (p. 256 adn. 121 ad ann. 14,48; p. 302 adn. 69 ad ann. 16,34)
Mariotti	=	S.Mariotti, Congetture alla Vita Persi, RFIC 93, 1965, 185-187
Martini	=	G.J. de Martini, Disputatio literaria inauguralis de L. Annaeo Cornuto philosopho Stoico, Lugduni Batavorum 1825 (p.50)
Mazzarino	=	A.Mazzarino, Sul titolo di una "praetexta" di Persio, SIFC 22, 1947, 129-131

Némethy	=	A. Persii Flacci satirae, ed., adnotationibus exegeticis et indice verborum instr. G.Némethy, Budapestini 1903 (p.6)
Osann	=	L. Annaeus Cornutus de natura deorum ex schedis Iohannis Bapt. Casp. d'Ansse de Villoison rec.commentariisque instr. F.Osannus, Gottingae 1844 (p.XVIII)
Oudendorp	=	Cajus Suetonius Tranquillus ex recensione F.Oudendorpii ..., Lugduni Batavorum 1751 (pp.1001-1008)
Pithoeus	=	Auli Persii Flacci satyrae, cum antiquißimis commentariis qui Cornuto tribuuntur ..., E.Vineti praefatio & annotationes in easdem, P.Pithoei IC. variae lectiones & notae ad veteres glossas ..., Lutetiae 1601 (pp.1 sq.; p.91 Scaligeri coniectura ad sat. 1,86 relata est)
Preller	=	L.Preller, Vermischte Bemerkungen, Ztschr. f. d. Alterthumswiss. 4, 1846, 41-44 (pp. 43 sq.)
Reinesius	=	Th.Reinesii Syntagma inscriptionum antiquarum cumprimis Romae veteris ..., Lipsiae 1682 (p.610)
Villeneuve	=	A. Persi Flacci saturae. Les satires de Perse. Texte latin publié avec un commentaire critique et explicatif et une introduction par F.Villeneuve, Paris 1918

TABVLA SIGLORVM COMPARATIVA[1]

	Kißel	Clausen	Consoli	Jahn
Montepessulanus bibl. med. 212	A	A	A	Mp.
Vaticanus tabularii basilicae H. 36	B	B	B	Rom.
Montepessulanus bibl. med. 125	P	P	P	π
Norimbergensis Ebnerianus lat. qu. 7	N	n	Eb	ε
Vaticanus Palatinus lat. 1710-I	X	x(X)	–	–
Vaticanus Reginensis lat. 1560	V	V	–	–
Florentinus Laurentianus Plut. 37.19	F	R	–	–
Fragmentum Bobiense	Bob.	Bob.	Bob	Vat.
Bernensis 257	G	G	Bn.a	B.1
Leidensis bibl. publ. lat. 78	L	L	L	–
Florentinus Laurentianus Plut. 38.27		–	–	–
Leidensis bibl. publ. lat. 82		–	–	–
Monacensis Clm 14 498	Q*	N	Mn.b	M.7 (sat.), M.1 (uita)
Monacensis Clm 14 781		–	Mn.d	M.8 (sat.), M.2 (uita)
Parisinus lat. 8049	φ	k	Pr.b	P.4 (sat.), P.2 (uita)
Parisinus lat. 8272		h	Pr.e	P.5 (sat.), P.1 (uita)
Vindobonensis 85		s	–	–
Guelferbytanus 79 Gudianus lat.	H*	H*	G	W.1 (sat.), W (uita)
Monacensis Clm 23 577	M*	M	–	–

[1]Codices, quos asterisco significaui, nisi in uita Persiana recensenda adhibiti non sunt.